Vc
2825

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-17890-p0001-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-17890-p0002-4

Q k. 23 (4)
Vc 2825

# VINDICIÆ MAURITIANÆ,

*Sive*

DISCURSUS HISTORICO-POLITICUS,

*De*

# JUSTITIA BELLI SAXONICI MAURITIANI,

Graviſſimis *Autoris Autonomiæ* & Juris-conſultorum *Dillingenſium* calumniis oppoſitus;

*loco*

*Orationis Inauguralis*,

Solenni Candidatorum ſupremos in utroque jure honores petentium more,

*In alma Electorali* Witteberga,

*23. Julii, Anno 1631.*

In auditorio JCtorum inſtitutus

*à*

CORNELIO Crull/U. J. L.

---

*Eadem ſemper luditur fabula, mutatis ſaltem perſonis.*

---

LIPSIÆ
Apud Hæredes SCHŰRERI, & MATTHIAM GÖTZIUM.

£ 9 9

*Semper*

# ANTIQUA SAXONUM FIDES,

*Pro*

# AVITA GERMANORUM LIBERTATE.

JOHANNES Elector Saxoniæ ad Henricum Angliæ Regem ſcribens, 1. Septembr. Anno 1531.

Vnd wil/inquit, wie Ich E. Königl. W. Geſandten mündlich angezeigt/ durch verleihung des Allmächtigen verharren/wie mir **des Reichs Deutſcher** Nation, **mein ſelbſt vnd meiner Nachkommen Freyheit halben wol geziemen**/vnd nicht anders gebühren wil/ vnd meine VorEltern/ vnd fürnemlich mein Bruder Hertzog Friederich/ Churfürſt zu Sachſen/ löblicher Gedächtnis/ rühmlich gethan haben/ ꝛc.

JOHANNES GEORGIUS Elector Saxon. Ferdinandi II. Imperatoris legato reſpondet, 10. Maji An. 1631.

Jhr Churf. Durchl. wolten lieber alles außſtehen/ als dieſen Namen hinter ſich verlaſſen/ daß bey dero Churfürſtlichem geführtem Ampt/ das H. Röm. Reich an ſeiner Freyheit einen ſolchen ſtoß erlitten/vnd mit den Fundamentalgeſetzen/ vnd Reichs Conſtitutionen eine ſolche Beſchaffenheit gewonnen hette/ ꝛc.

Idem

*ad Electorem Moguntinum, 10. Julii eodem anno, ſcribit.*

Sagen auch nochmals frey heraus/ daß wir ehe alles außſtehen/ leiden vnd erwarten/ als vnſern Churfürſtlichen Namen/ damit zu ewigem Verweiß beladen wollen/ daß bey vnſer Churfürſtlichen Regierung mit vnſerm Willen/ das Röm. Reich vnd Teutſche Freyheit vnter eine ſolche Beſchwerde vnd Dienſtbarkeit geſetzt vnd gebracht werden ſolte/ ꝛc.

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-17890-p0004-5

*ILLUSTRISSIMO AC GENEROSISSIMO PRINCIPI ET DOMINO, DOMINO*

# MAURITIO,

## DUCI SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ ET MONTIUM, LANDGRAVIO THURINGIÆ, MARCHIONI MISNIÆ, BURGGRAVIO MAGDEBURGENSI, COMITI DE MARCA ET RAVENSBURG, DOMINO IN RAVENSTEIN;

*DOMINO SUO CLEMENTISSIMO,*

Hoc qualecunque
debitæ ſubmiſſionis
&
ſubmiſſæ debitionis

*monumentum*

*humilimè offert*

Cornelius Crull/
U. J. L.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-17890-p0005-0

*Domin. Arumæ. ad A. B. diſc. 1. theſ. 20. Arnold. Clapmar. de arcan. Rerump. lib. 1. c. fin.*

Mauritius Carolo V. ſubtiles quasdam interpretatiunculas contra Landgravii liberationem nectenti: *At ego,* dixit, *Te, tanquam Imperatorem, non tanquam Legiſtam, pactiones & fœdera interpretari volo.*

*Cum quo concordat,*
*quod*
Idem Clapmarus *d. loc. lib. 3. c. 15. p. 107. in fin.* ait:

Imperatoriæ Majeſtatis eſt, omnia præcisè agere, & ad punctum, h. e. *ut Alciatus interpretatur,* ſine tectorio aliquo & ſermonis involucro; vel *ut Cicer. lib. 8. ad Atticum,* ſine ulla exceptione.

DISCUR-

# DISCURSUS HISTORICO-POLITICUS DE
# JUSTITIA BELLI SAXONICI MAURITIANI.

INter alia magnorum principum Clapmar. & Beſold. de arcan. Rerump.
*arcana*, (ut vocant) ſive occulta & recon-
dita dominationis & Reipublicæ ſtabili-
endæ conſilia, non ſanè poſtremum eſt, à
prudentibus noſtris maximè commenda-
tum: *Unumquemq́ principem prædeceſſorum* 1.
*ſuorum, in quorum locum ſurrogatus eſt, memoriam, ſi non* Scip Amirat. lib 17. in Tac. diſc. 7. Caſpar Ens in convival, apparat, pag. 166. Clapmar. d. l. lib, 3 c. 17. Bodin 1,2, de Rep. c. 5, in fin,
*propter ipſorum merita, at ſaltem propter ſeipſum, honore pro-*
*ſequi debere; minimèq́ ferendum, ut de ipſis, licèt fortè minùs*
*laudatè vixerint, quisquam malè loquatur; ac proinde eos, qui*
*præteritos principes læſerint, acerrimè puniendos eſſe.* Cujus
moniti rationem ſi quis requirat, facilè una iſthæc ſatis-
faciet: Verendum eſſe, ne principis exemplo alii ſuum 2.
quoque principem contemnere aſſveſcant, & quam præ-
deceſſori illatam injuriam nunc princeps negligit atque
inultam ſinit, eandem ipſe demum in ſe experiri neceſſe
habeat; Atque ita omnino principatûs majeſtas vileſcat,
& contemptui ac periculo tandem exponatur. 3.

Quod usque adeò verum eſt, ut nec inimici quidem Rich. Dieteri de ſum. Imp. Maj. n. 215. Clapm. Amir. Bodin. Ens d. d. loc.
principis fama gloriaq; ſpernenda, atque etiam commiſſa
in *hoſtem*, quin & *Tyrannum* injuria graviſſimè vindicanda

ſit, cunctisq́; patefaciendum, quantum reverentiæ principatûs celſitudini debeatur. Qui enim *tyrannorum* interfectoribus præmia largiuntur, ut ipſi regnare poſſint, opinione ac ſpe decidunt; Neque enim ſalvi eſſe poſſunt, niſi conjuratos ac parricidas ſui principis, quantumvis tyrannus extiterit, ſupplicio afficiant.

Bodin. d. c. 5. in fin. p. 356.

Cujus rei exempla ſat illuſtria, tàm ſacræ quàm profanæ hiſtoriæ, paſſim magno numero, ſuppeditant. Tale

4. ſcilicet in Davide Rege obſervatum quoque fuit: *Is namq́; eum, qui Saulis occiſorem ſe indicabat, morte multavit;* Cùmq́; alii venirent, caput Isboſeth filii Saulis offerentes, piè & prudenter inquit: *Occidi, qui mortem Saulis nunciavit, cui oportebat mercedem dare pro nuncio; quantò magis nunc, cùm homines impii interfecerunt virum innoxium in domo ſuâ ſuper lectum ſuum, non quæram ſangvinem de manu veſtra, & auferam vos de terrâ?*

2. Sam. c. 1.

2. Sam. c. 4. v. 10.

Verè regia hæc Davidis vox, atq; divina ipſi pruden-

5. tia fuit; Quam etiam omni tempore optimos quosque principes pro certiſſimo imperiorum munimento habuiſſe conſtat. Sic enim, cùm in Romanâ Republicâ inter Sergium Galbam atque Aulum Vitellium de ſummâ rei certatum eſſet graviter, & tandem Galbâ occiſo ad Aulum Vitellium plurimi confluerent, ac certatim manus cruentas oſtentantes gloriarentur, ſuâ operâ Galbam è medio ſublatum eſſe, magna ex hoc, quaſi ex quo aditum Vitellio ad principatum aperuiſſent, præmia ſperantes, quin etiam porrectis libellis eadem, quaſi ob aliquam notabilem operam, expoſcentes; Ibi Vitellius edicto principali omnes, qui ſeipſos, fortè non omnes verè, tanti ſceleris reos feciſſent, ad pœnam conquiri atque interfici juſſit: *Non honore Galbæ*, ut loquitur Tacitus, *ſed tradito principibus more,*

Tacit. lib. 1. hiſt. p. 424.

lib. 2. hiſt. p. 424.

*more, munimentum ad præſens, in poſterum ultionem*; hoc eſt, (Amirato interprete) *ſic agens Vitellius, munimentum ſibi quæſivit in præſens, & in poſterum, ſi quid tale ſibi contigiſſet, ultionem.* d. diſc. 7. et ſi paulo aliter Lipſius ad Tac. in not. p. 4676

Quam ſententiam egregiè Oedipus apud *Sophoclem* expreſſit, qui Laji cædem ulciſci vult, ut ſuam vitam firmet & in illo ſuum negotium agat. *Loquitur verò in hunc modum:* 6. in Oedipo tyran. p 274. Lipſ. d. l.

Rectè Apollo, rectè & tu,
Pro Rege extincto hanc curam ſuſcepiſtis,
Quare & ego vobis adjutor ero
Ac propugnator pro hac terrâ & divino oraculo.
Non enim pro remotioribus amicis,
Sed pro meipſo hoc diſcutiam odium.
*Nam qui illum oppreſſit, fortaſſe*
*Etiam in me eodem modo impetum facere poſſet:*
*Dum ergo illi opitulor, mihi ipſi proſum.*

Quo conſilio *Auguſtus* percuſſores Cæſaris intra triennium ultus fuit. De quo eleganter *Guntherus* his verbis: 7. Clapmar. d. lib. 3. c. 17.

Sic Auguſtorum primus ſummusq; Monarcha
Eximiusq; nepos, crudelis Cæſaris olim,
Hoſtibus extinctis, *pius ac fortiſſimus ultor,*
Protinus accepto diademate fata piavit.

Et prudenter *Severus* Imperator omnes *Pertinacis* Auguſti interfectores aut conjurationis ſuſpectos capitali pœnâ damnavit; quod certè *factum*, teſte Herodian. *incredibilem ipſi tum gloriam attulit, tum etiam diutiſſimè imperandi ſecuritatem.* 8. Clapm. d. l. Bodin. lib. 2. de Rep. c. 5. in fin.

Sic quoque *Theophilus* Imperator Conſtantinopolitanus, omnes eos, qui patrem ipſius, occiſo Leone, Imperatorem fecerant, ſtatim initio regni occidit; Cùm priùs omnes acciviſſet, quaſi ampliſſima præmia laturos, 9. Cuſpinian. in Theophilo Cæſ. Bodin. d. c. 5. in fin.

deinde

deinde contractos in unum locum mactari juſſiſſet; quo facto plerique cædis minimè conſcii, præmiorum illecebris eò deducti, pœnas dederunt. Pari modo nec *Coſmus*, Magnus Florentiæ Dux, etſi dignitatis Ipſius potior cauſa nemo extaret, quàm Laurentius Medices, ut qui Ducis Alexandri occiſor ad principatum illi viam aperuiſſet, patriæ tamen legibus, *de ſicariis*, quin in percuſſore Alexandri locum quoque haberent, ſe unquam oppoſuit.

10. Scip. Amirat. & Caſpar Ens dd ll.

11. Juſtin. lib. 11. hiſt. in fin. Q. Curt lib. 5. in fin.

Neq; aliâ ratione *Darius* Perſarum Rex â Beſſo præfecto ſuo in gratiam Alexandri captus, vinctus & multis vulneribus confoſſus, Alexandrum ipſi adhuc ſpiranti ſupervenientem de vindicandâ Beſſi proditione ac perfidiâ monens dicebat: *Hanc non ſuam* (Darii) *ſed exempli, communemq́; omnium Regum cauſam eſſe, quam negligere ipſi & indecorum & periculoſum fore; quippe cùm in altero* juſtitiæ, *in altero etiam* utilitatis *cauſa verſetur*. Cui, licèt hoſtis monito, ſe ſatisfacturum Alexander promiſit, ac Regicidam acerbiſſimè torquendum carnifici dedit, quòd ſuo principi manus intuliſſet, cujus tamen caput ac vitam Alexander juſto bello petebat.

Bodin. d. c. 5. p. 337.

12. poſt Iovium Clapm. d c. 17.

Verè hæc communis Regum cauſa dicitur, vel barbaris etiam fatentibus; Nam *Bajazetes* Turcarum Imperator Bernhardum Blandinum Juliani Medicis percuſſorem, qui in Aſiam uſque profugerat, dignitate hominis, & atrocitate ſceleris permotus, ad ſupplicium tradidit. Quæ etiam ratio videtur (ſi credimus *Suidæ*) ob quam *Nero* homo aliàs nefarius Pilato caput amputari juſſit, quòd *Chriſtum* Regem Judæorum ſupplicio afficere non dubitaſſet.

13. (a) Senec. in Tragœd. (b) Tacit. lib. 1. hiſt.

Adeò ſanè *Regi tuenda maximè regum ſalus*. (a) Ultorq; ſit, (b) *quisquis ſucceſſit*. Ita namq; Cæſarem Pompeji

ſtatuas

ſtutuas ab aliis dejectas erigentem, eâ humanitate ſuâ id 14.
conſequi dicebat Cicero: *Ut ſuas ſibi figat atq; ſtabiliat.*(c)

Vident igitur atque intelligunt ſummi Principes, quantopere non æquitas modò, atque honeſtas, ſed utilitas maximè & neceſſitas ſvadeat ac flagitet, ut *communem hanc cauſam* fideliter agant, ac Majorum prædeceſſorumq; memoriam ſacroſanctam ſemper habeant atque conſervent.

(c) Plutarch. in Cicer. tom. 3. vit. parall.

Quod quidem eò magis tenendum, quò licentiùs 15.
*quotidie fit* (ut verbis Waremundi utar) *& factum ab initio hiſtoriæ teſtantur, quòd optimos quosq; principes, omnis virtutis genere & pietatis radiis coruſcantes, injuriâ atq; invidiâ temporis, homines leviſſimi gratiâ & nummis conducti, tot & tantis coacervatis nugis, mendaciis & criminibus, inprimis poſt mortem, exagitarint, ut vehendis non ſufficiat navis; Neq; tantum impii ac leves, verùm etiam religioſi, opinione gra-*
*ves; Et hi quidem faciliùs, cùm* (quod *Tacitus* obſervavit) 16.
multa vana ſub nomine celebri vulgentur.

ab Erenberg lib. 1 de fœder. c. 2. n. 166.

At verò maximè & cumprimis dolendum eſt, Sere-
niſſimum quoque Sax. Electorem MAURITIUM, *inclutum* 17.
*Achillem* (d) *Germanicum, ſeculi noſtri Alexandrum* (e) *Magnum, alterum Germaniæ* (f) *Arminium, heroem fortiſſimum atq; duodecim nobiliſſimis expeditionibus* (g) *clariſſimum*, in maledicum iſthoc, improbum atque mendax hominum genus, præter meritum, incidiſſe. Quæ ſerpentina progenies, ſic hodie, ut olim in mortui Hectoris corpus Græcorum multitudo tela conjecit, virulentos ſuos aculeos in celeberrimam Mauritiani nominis famam certatim figit ac vibrat; eo potiſſimum conſilio, ut, quam Mauritio Saxonicæq; Domui immortalitatem & gloriam heroica virtus paraſſet, improba calumniatorum maledicentia

(d) Heig 1 q. 11. n. 13.
(e) Zang. Orat. de increment. doctr. & Doctor. jur. in Acad. VVitte.
(f) Arumæ, 2. diſc. 23. th. 10.
(g) Heig. 1 q. 11. n. 60.

vel omninò deprimeret, vel, cùm id contra ſolem non
Gryphiander de fœder. theſ. 48. in princ. poſſet, vel *exteris ſaltem rerumq; imperitis dubiam & invi-ſam redderet.*

Quod improbum planè facinus etſi jam multis ab-
18. hinc annis tentari quoque cœperit, cumprimis tamen hodie in ultima hac ultimorum dierum ſentinâ, ubi frequens
2. Tim. 3. v. 1. & 2. Heig. lib. 1. quæſt 31. n. 1. calumniandi crimen fore *Apoſtolus* ſcribit, quaſi quandam virtutis ſpeciem accepit, peſſimusq; nebulo in hoc calumniarum ſtadio, optimos ſummosq; patronos, & primam ſapientiæ laudem nactus hucusque fuit.

19. Si verò quæras, ecquis ergò ſit vel fuerit barbarus iſte
(a) de qua vid. Knich. de Sax. non prov. jur. verb. Ducum. c. 1. n. 78. 79. & ſeqq. & Scythico ſangvine ſatus, qui *Regiæ* (a) *Germanorum Principum eminentiæ*, heroicæq; virtutis ignarus, in tantum de Imperii noſtri libertate ac majeſtate meritiſſimum principem tam immaniter debacchari non erubuerit? Verbo dicam: Non aliquis origine vel patriâ barbarus tanti ſce-
20. leris autor eſt; Neque etiam peregrinus aliquis, *Hiſpanus*
VVar. ab Berenb. 2. de fœd. 2. n 142. Kirch. l. 1 de legat. c. 4. fortè aut *Polonus*, quos natura quaſi Germanorum hoſtes feciſſe dicitur; Non hi, ſed Germani ſunt, qui inclutam, Germanorum Principum famam malitioſè & impudenter ſugillant. *Germani* ſunt, inquam, & quid amplius? *Catholici* inſuper audire ac haberi volunt, poſtulant etiam,
21. adeò ut ſi eos vel *Pontificios*, vel, ut ipſi loquuntur, cum
In tr. de compoſ. pac. quæſt. 70. n. 98. additamento, *Romano-Catholicos* (quamvis & hoc nomen vix ac ne vix quidem mereantur) vocaveris, continuò Majeſtatis ac violatæ pacis publicæ reum te agant. Scilicet
22. his inter alia talia hoc etiam privilegium &, niſi fallor, fi-
Ioh. Marian de inſtit. Reg. c 6. & ſeqq. Molina de juſt. & jur. tom. 4. diſp. 6. dei articulus eſt: *In ſummos principes & Majeſtates impunè, cuiq; privato, verbis factisq;, veneno & quibuscunq; clandeſtinis fraudibus ſævire licere, criminisq; autorem æternam beatitudinem promereri.* Hi nimirum, & ex horum cenſu ſunt,

qui

qui Germanam Mauritii fidem, æternamq́; nominis
gloriam, Chriſtianiſſimâ illâ expeditione atque inſecutâ
*Paſſavienſi tranſactione* partam, calumniis ſuis, jejunis licèt
& frigidis, acerrimis tamen, commaculare ac nequiter
conculcare manibus pedibusq́; hactenus conati fuerunt;
*Quod & quotidie faciunt, & impunè faciunt.*

Noſtrum ergo, *Auditores*, qui Sereniſſimæ Domui Sa-
xonicæ ſubditos & fideles nos profitemur, noſtrum, *in-
quam*, officium erit, ut quisq; magnâ mediocriq́; ſapien-
tiâ, niſu, quo licet, ſummo, in tantæ criminationis amo-
litionem, proq́; *aſſerenda Saxonicæ fidei obſervantia*, quæ
quisq; optima veriſſimaq́; poteſt, dicat, producat, profe-
rat. Siquidem omninò decet bonum civem, ſubditumq́;
pro tuenda Principis exiſtimatione omne ſtudium, o-
mnemq́; operam collocare; non ſecùs atque *filius defuncti
patris exiſtimationem, quoties illius fama laceſſitur, purgare
tenetur.* Namque etiam, *Principem & ſubditos parentis* 23.
*filiorumq́; loco ſibi eſſe, eosq́; ab injuria defendere ſe invicem te-
neri*, à JCtis *(a)* & Politicis paſſim fuit traditum. Quid?
quòd juxta Feudorum placita, *omnis vaſallus de Domino ſuo,
nihil mali, etiamſi illud verum ſit, loqui, neq; audiendo aut diſſi-
mulando ei conſentire debet, ſed potiùs, quoad fieri poteſt, illud* 24.
*impedire, & Dominum ejusq; honorem exaltare atq; extollere
tenetur:* Quanto ergò magis ſubdito, *qui multo arctiùs
Principi ſuo, quàm vaſallus Domino, libertus patrono, ſervus* 25.
*hero obſtrictus eſt*, hoc ipſum incumbere omninò dicen-
dum eſt?

Salustius Orat. 1. ad Cæſarem de Rep. ordinãda ſcribens: Omnes, inquiebat, magna mediocriq; ſapientia res huc vocat, quæ quisq; optima poteſt, uti dicat.

l. 1. paragr. 4. ff. de injur.

(a) vid. apud Leheman. in act. publ. de pac. relig. lib. 3. c. 53. pag. 729. & 730.

Schrad. d. Feud. part. 10. ſect. 5. n. 127. & 128.

Bodin. lib. 1. de Rep. c. 7. in princ.

Quamobrem, cùm ego quoque noſtrûm minimus,
maximorum in hac altera mea patria (quam enim natura 26.
mihi patriam dederat, jam *mala*, proh dolor, *manſio* eſt,
ut *patria nunc ſit, ubicunq; eſt benè*) beneficiorum debito-

Cicer. in Tuſcul.

 rem

rem maximum me ultrò agnoſcam, neq; huic æri ſolven-
do, vel bonorum, quæ impius miles habet, ceſſione ido-
neus ſim, ſic tandem ad *competentiæ*, quod vocant, *benefi-
cium* mihi recurrendum fore arbitratus ſum; quo ipſo tu-
tus, ultra id, quod facere poſſum, minimè excutiendus fu-
ero. Poſſe verò me nihil quicquam ultrò fateor, niſi ut in
qualemcunque debitæ gratitudinis & ſubjectionis teſſe-
ram *cauſæ hujus Mauritianæ* patrocinium inpræſentiarum
27. exercitii gratiâ ſuſcipiam, atque immortale optimi prin-
cipis (quem *Domus Saxonicæ lumen* Kirchnerus appellat)
nomen contra calumniantium iniquitates brevi diſſer-
tiunculâ evindicem.

lib 1. de legat. c.4. n. 265.

Potiſſimum autem mihi res erit cum famoſiſſimo
iſto *Autonomiæ autore*, &, qui in ipſius, velut ductoris &
doctoris ſui verba jurârunt, *Dillingenſibus* JCtis. Vos *Au-
ditores honoratiſſimi* veſtrâ favoris ac benevolentiæ aurâ,
mihi rem humeris imparem aggredienti præſentes ani-
mis adeſte, atq; ex æquo & bono quæ dicam arbitramini.

28. Cùm ſuperioribus annis Joannes *Bodinus* Andega-
venſis, (non ineptè à Cujacio, (a) *Andius ſine bono*, per ana-
gramma dictus,) imprudentiâ dicam an impudentiâ &
plus quàm Gallicanâ licentiâ, fortiſſimum Electorem
*Mauritium*, quòd is cum Carolo V. Cæſare pacem *Imperio
neceſſariam, ſalutarem & omnino æquam* (b) fecerit, enormis
29. perfidiæ in *Henricum II.* Galliæ Regem commiſſæ nequi-
ter & falsò inſimulâſſet, eoq; nomine *Licentiatum perfidiæ*,
30. ipſum, & poſtea quoque Albertum Marchionem Brande-
31. burgicum, *Doctorem perfidiæ*, impudenter appellâſſet; Ibi
ſanè graviſſimi ac nobiliſſimi quique (c) JCtorum & Poli-
ticorum noſtrorum in confundendâ ac confutandâ frigi-
dâ Galli iſtius leviſſimi calumniâ, certatim quaſi editis
diſſer-

(a) lib. 18. Obſ. 38.

(b) ita loquuntur Mauritius & Henricus Plavius, apud Hortled. tom. 2. li. 6. c. 6. n. 2.

lib 5. de Rep. c. fin pag. 964

(c) vid ap. Arumæ. vol. 1. diſc. 27. per tot. & 28. th 48. & ſeq vol. 2. diſc. 23. per tot. & diſc. 6 ad A. B.

diſſertationibus doctiſſimis, ſolidiſſimis, nihil reliquum fecerunt; in tantum, ut nemo non nunc facilè intelligat, quàm non immeritò Bodinus iſte paſſim ſalutetur: *Peſſimus* (d) *Regis Galliæ adulator; Malitioſus* (e) *in Germanos; Iniquus* (f) *& imperitus rerum Germanicorum æſtimator; Cui* (g) *Germani Imperii ignorantia mater fuiſſe* 32.
*videtur; varii* (h) *judicii, variæq́ religionis homo;* Uno verbo: *Mendax*, (i) &, Arumæo (k) judice, *homo doctior quàm veracior; Cujus vanitatem & in Imperii rebus imperitiam viri docti jampridem* (l) *exploſerint;* Quamvis cœtera ipſum inter Politicos ſcriptores jure merito palmam re- 33.
portâſſe, nec eſſe, quòd eam alius quiſpiam porrò expectet, cum *Beſoldo* (m) non diffiteamur; cùm & *doctiſſimum exercitatiſſimumq́ politicorum*, Hermannus Kirchnerus, (n) itemq́ue Fridericus Tilemannus, (o) vir exteris etiam mirabilis, (ut loquitur (p) *Dn. Gerhardus*) πολιτικώτατον & πανσοφώτατον ipſum appellare non dedignentur.

Quòd ſi ergò *Bodinus* Gallus temeritatem iſtam non impunè tulit, quantò mïnùs hodie, ubi peſſima iſta lau- 34.
datiſſimos Germaniæ principes calumniandi licentia, ſeu potiùs nequitia, apud Germanos quoſdam minùs germanos, quaſi in mores abire videtur, planè diſſimulanda erunt, quæ in Mauritium inclutum Germanicæ libertatis vindicem, malitioſè nimis à quibuſdam Romanæ ſedis Gnathonibus jactata fuerunt hactenus? De quorum infrunitâ malitiâ ut omnibus liquidiùs & faciliùs conſtare poſſit, age unum alterumve in Scenam hîc producamus.

Prodeat autem primo loco, ceu reliquorum cory- 35.
phæus, famoſus & perſonatus ille *Burghardus*, autor ſeu potius *compilator* (q) Autonomiæ; ſive ille ſit *Andreas*

th 7. VVar ab Erenb. 1. de fœd, 2. n 185. Heig. 1. q 11. Cluten. in faſc. paradox th. 21. Hœnon. diſp. pol. 15. th. 7.

(d) Heig. 1. q. 11. n 5.

(e) VVar. ab Erenb. 1. de fœd. 1. n 179.

(f) Paurmeiſt. 1. de juriſd, 2. n. 34.

(g) Carpz de Regal. th 103.

(h) VVar. ab Er. d. c. 1 n 178.

(i) Erenb. d 1. c. 2. n. 85.

(k) d. diſc. 27. & 6.

(l) Goldaſt. 1 5. de Regn. B. c. 8. n. 12.

(m) de præcognit. pol. diſſ. 2. c. 7, n. 2. & l. 2. pol. c. 9. n. 69. par. 1.

(n) in præfat. ſuæ Reip. lib. 1. de Rep c. 9. & lib. 2. c. 2.

(o) in diſcurſ. philol. p. 187.

(p) qq. polit. dec. 1. th. 9.

(q) Paurmeiſt. 2. de juriſd. 2. n. 66.

 Erſten=

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-17890-p0015-6

Erſtenberger / Cæſareus quondam Secretarius intimus; quod *Poſſevinus* (r) Jeſuita cum *Ungersdorffero* (ſ) & nonnullis aliis (t) exiſtimat; ſed *Hortlederus* (u) non admittit: Sive is *Andreas Gailius* JCtus, quod ferè placet *Waremundo* ab Erenberg / (x) dicenti: daß Andreas Gaill vnd Erſtenberger viel an dem Buch geflicket haben / ubi tandem ſubdit: *quòd Gailius ſit potiùs ejus libri autor*; Sive tandem fuerit *Franciſcus Burghardus*, ArchiEpiſcopi Colonienſis olim Cancellarius: quæ opinio ferè communis eſt, quam ipſa etiam libri inſcriptio confirmat.

Hic ipſe ſtellio & *Freyſtellionatus* ſeu veriùs *ſtellionatus* (y) autor genuinus (paſſim enim religionis libertatem Auguſtanâ pacificatione indultam, *Freyſtellionatum, ſemen ſerpentinum & venenum Diaboli* petulanter appellat) ſtatim
36. in principio libelli *de Autonomiâ*, ſanctiſſimam Mauritii pro religionis & Imperii libertate ſuſceptam expeditionem, protervè ſatis eine einheimiſche hochſchädliche Empörung nominare non veretur. Et paulò pòſt verba nefanda eructat hujusmodi: Sie haben / inquit, allen Gehorſamb /
37. Ehrerbietung vnd Furcht / ſo ſie Jhrer ordentlichen vnd von Gott vorgeſetzten hohen Geiſtlichen vnd Weltlichen Obrig-
38. keiten ſchuldig geweſen / gantz hindan geſetzet / denſelben nach dem Schwerdt gegriffen / Jhrer VorEltern löbliche vnd herrliche Stifftungen prophanirt vnd eingezogen / vnd ſelbſt einen newen Gottesdienſt / Confeſſion vnd Kirchenordnung erdacht / vnd dieſelbe vber alle väterliche Ermahnung jhrer Obrigkeit nicht allein mit dem Schwerdt zu handhaben / ſondern auch männiglich auffzutringen vnterſtanden; So iſt letzlich erfolget / daß im Jahr Chriſti 1552. den 2. Auguſti diejenigen / welche fürnemlich ſolchen Newerungen zugethan / vnd damals mit aller Macht zu Roß vnd Fuß / jhrem angeben nach /

(r) lib. 1. ſelect. bibliothec. p. 125.
(ſ) vid. Vngersdorffiſche Wiederholung / &c. c 1. & ſeq.
(t) Bernh. Zieritz. de princ. int. ipſos prær
(u) Apud Arumæ. vol 1. diſc. 26. th. 16.
(x) lib. 2. de fœd. c. 1. n. 69. pag. 56. & c. 2. pag. 221.
(y) de crimine Stellionatus. eſt tit. 20. ff. 47. & lib. 9. C. 34.
vid. Gerhard. de Mag. pol. paragr. 201. Goldaſt. pol. Imp. part. 31. pag. 1347. lib. 1. c. 1,
lib. 1. c. 3. p. 3.

nach / als vindices libertatis Germaniæ im Feld geweſen/
mit Hülff vnd Beyſtand etlicher Außländiſchen / nicht zu
ſchlechtem Verluſt vnd Nachtheil der löblichen Teutſchen
Nation, dem dazumal Römiſchen König / einen Vertrag
abgezwungen / &c. DEUM immortalem! quot hîc convi-
tiorum plauſtra uno tractu & hiatu protrudit homo impu-
dens? *Hæreticos, ſacrilegos, rebelles, ſeditioſos, raptores, con-* 39.
*cuſſores, violentos invaſores*, Mauritium Electorem & reli-
gionis ſocios nequiter appellare audet? taliaq; per ſingu-
las ferè pagellas inculcat & ingeminat, identidem clami-
tans: *Tranſactionem Paſſavienſem ferro, vi metuq;* mit 40.
Schwerdt vnd Stangen / (a) per Mauritium & ſocios ex- (a) lib 3. c.10. in fin. pag. 324.
tortam fuiſſe; Eamq; *pacem loricatam*, einen geharniſchten 41.
Frieden / einen erzwungenen Vertrag / welcher ſey ein fun-
dament des Freyſtellionats / ubique appellitat; non modò lib. 1. c. 4. p. 7.
in odium atque injuriam Mauritii, ſed etiam (ut inquit 42. lib. 1. de fœd. c. 2, n. 50.
Erenberg) *contra Imperatoris & omnium utriusq; ordinis &
religionis principum voluntatem*.

Sed quid mirum? Genius hominis & altera quaſi
natura ſic ferebat, quam ſi furcâ, quâ dignus erat, expu-
liſſes, tamen usq; recurriſſet, ut non potuerit aliter quàm
bonis omnibus maledicere. Neque enim pientiſsimo
& conſtantiſsimo principum, *Johanne Friderico*, ejusque 43.
confœderatis abſtinere potuit, quin æquè fœdus ipſorum
*ſanctiſſimum* (b) (vulgò Smalcaldicum vocant) mordicus (b) VVar. ab Erenb 1. de Fœd. 2. n. 49.
allatraret, illudq; den Schmalkalderiſchen / Frantzöſiſchen
vnd Peſtilentziſchen Bund / ſatis ſcurriliter nominaret.
O te Gallica iſta peſtilensq; lues, & quod deterius iſtis,
perdat, crucietq; bipedum nequiſsime, quisquis etiam
fueris!

Sexcenta id genus alia ex laſcivo iſto autore in me-
dium

dium afferri poſſent, niſi ſatius foret, damnatam eorum cum autore memoriam æternâ potiùs oblivione aboleri.

44. Interim ex iis, quæ adducta ſunt, facilè cuivis intelligere eſt, quàm verè protervus iſte Autonomus, à Waremundo ab Erenberg/ *laſcivus autor*, à Juſto Springero, *ſingularis impudentiæ & ſycophantiis calumniisq; turgidus adulator*, indigitetur; Ipſumq; famoſum illius ſcriptum, *impudens &*

45. *inconſideratum* à Beſoldo; (a) *valde impudens*, à Mindano; (b) *impudens & falſiſſimum*, à D. Ottone; (c) *verſutum ac veteratorium* ab Hortledero; (d) *virulentum* à Remigio Feſchio; (e) *odio in noſtros virulento refertiſſimum*, à Bernhardo (f) Bertram; *acerbum* ab Antonio Fabro; (g) *nefarium* à Waremundo (h) ab Erenberg; *malitioſum & factioſum* à Johanne Nordermanno, (i) jampridem appellatum

46. fuerit. Ut non abs re quis miretur, quâ fronte *Georg. Scherer Jeſuita*, (k) librum hunc verè, ſi quisquam alius, pernicioſum, ſplendido titulo, *nucleum quendam optimi libelli*, einen Kern von einem guten Buch; & Chriſtophorus ab Ungersdorff, (l) *aureum librum*, ein gülden Buch; Itemq; Petrus Ribadneri, (m) *libellum pium* appellare auſi fuerint. Sed habeant modò ſibi carioſum hunc nucleũ in delitiis aut ſi malint, reliquiis (penè dixerim quisquiliis) ſuis; Nos inde ſatis ſuperq; de ipſorum in Rempublicam,

47. ejusque ſaluberrimas de religione conſtitutiones, quas omnes everſas *Autonomus* (n) cupit, animo conjecturam capiemus.

Sed relicto hîc aliquantiſper *Autonomiæ Autore*, ad quosdam illius complices, quorum tanta ſeges ac colluvies eſt, ut ranas Ægyptiacas ſuperare credideris, tranſitum nunc faciamus; Qui omnes & ſinguli in Sereniſsimum Electorem Mauritium feliciſsimamq; ipſius expeditio-

lib. 1. de fœd. c. 2, n. 50. de paç. relig. c. 2. pag. 25.

(a) diſſ de educat c. 10, n. 11, & 2. pol. 1. n. 41.
(b) l. 1. de proceſ. c. 29, n 6.
(c) de jur. pub. c. 24.
(d) ap. Arum. vol. 1. diſc. 26. th. 28.
(e) de fœd. th. 11. lit. P.
(f) de pac. rel. th. 8.
(g) de relig. reg. l. 2, c. 5, n. 306.
(h) 1 de fœd. 2. n. 50.
(i) de jur prin. th. 27.
(k) in tr. contra Alexandr. Vzing. p. 145.
(l) vid. Ungersdorffiſche Wiederholung vom Religionfrieden/ c. 1. in princ.
(m) lib. de pri. c. 16. p. 182.
(n) licet id neget eumq; defendat Ungers. in ſeiner Ungersdorffiſchen Wiederholung/ &c. c. 1. & im Calviniſchen Model c. 9.

ditionem, uno ore, plenis buccis clamitant atque coa-
xant, ut dubites, majorne fuerit in Pharaonem Regem
peſſimum ex venenatis ranarum morſibus, quàm in Mau-
ritium principem optimum, à Theoninis horum ſyco-
phantarum dentibus, virulentia, crudelitas atque ſævitia.
Ex his unus alterve nobis ſit inſtar omnium. Eſt in horum
cenſu larvatus iſte *Ungersdorfferus*, (verè alter *Paſquillus* 48.
(a) ſive *Paſquinus*) qui ſub larvâ fictitii nominis, (quod fa-
moſi libelli proprium & genuinum eſſe characterem JCti
communiter tradunt) cùm in univerſos utriusque reli-
gionis Ordines licenter ac atrociter invehitur, tum etiam
Mauritium Electorem, ejusque beneficio obtentam reli- 49.
gionis pacem acerrimè pungit, inquiens: (b) Wann die
Lutheraner animo injuriandi geſcholten werden/iſt es nur in
Teutſchland ein famosſchreiben/ da ſie dieſes den Catholi-
ſchen abgetrungē/daß man ſie wider Göttlich vnd Käyſerl.
Recht muß vngeſcholten laſſen/&c. Aber die Außländiſche
Nationes laſſens bey den Käyſ. Rechten verbleiben/ welche
alle die/ ſo anders glauben/ als der Pabſt zu Rom/ S. Petri
Nachfahrer/ für Ketzer vnd infamos oder vnehrlich zu hal-
ten gebieten. Sie lachen auch vnſer nur/ daß wir vermey-
nen/ ſo bald wir Teutſchen vns mit einander vergleichen/ et-
was/ das von ſeiner Art vnd Natur vnehrlich iſt/ nicht mehr
dafür zu halten/ ſo ſey es ſchon richtig/ &c. En vobis, *Audi-
tores,* lepidum hoc nequam hominis caput, qui tam ſcitè
ſuas, quas ipſe fingit, calumnias atrociſſimas, in alios ta-
lia nunquam cogitantes, derivare novit.

(a) Fuit ſutor Romæ, in Pontificem & Cardinales libere invehens. Ab eo dicti Paſquilli.

(b) Vngersdorff. in ſeiner Verantwortung/ &c. pag. 70.

At nondum ſic ſatis; nam generale illud convitium 50.
nimis leve eſſe exiſtimans, atrociùs in ſingulos ferè Mau-
ritii præceſſores & ſucceſſores, ejusque religionis ſocios
debacchatur, nec mortuis nec vivis parcens. Sic JOHAN-

Atrocior injuria eſt, quæ in ſpecie, quam quæ in genere dicta eſt. Socin. conſ. 118. n. 1.

51. NEM FRIDERICUM Electorem pientiſſimum, *principem perjurum* vocat; De reliquis nefariè ſcribit in hunc modum:

Part. 2. ſeiner Glückwündſchung &c. pag. 264.

Die Durchläuchtige Saw zu Dreßden / der Hochgeborne

d. l. pag. 165.

Hencker Gottes zu Wolffenbüttel / die Hochgelarte Saw

52. zu Caſſel / die Teutſche Beſtia zu Heydelberg / der Edele Bütztel zu Anſpach / der reiche Dieb zu Stutgardt / der tolle / töſrichte / vnſinnige / raſende Narr zu Neuburgk / &c. Nec mi-

53. nùs protervè eodem tractatu:

pag. 68. 69.

Die Lutheriſche Fürſten / inquit, Grafen / Herren vnd Adel / werden bey der Lutheriſchen Religion letzlich jhren Stand nicht mehr führen / ſondern geflickte / wo nicht durchleuchte Hoſen tragen müſſen. Sanè iſta legens obſtupui, ſteteruntque comæ, vox faucibus hæſit. Quorſum verò te, pediculoſe ac ſcabioſe, quisquis es, ardelio, rapit tuus iſte furor calumniandi, quem nec barbaries ulla fortè audivit uſquam, neq; probabit unquam? Sed quid miror, hominem in Evangeli-

d. tr. p. 23. & 24.

54. cos principes laudatiſſimos talia fuiſſe auſum, qui nec fidei ſuæ conſortes, nec ipſum adeò Imperatorem *Matthiã*

pag. 23, 24.

glorioſiſſimum alio honore habuit. Hunc ſiquidem non ſolùm Jeroboamo Regi impio comparare non erubuit, ſed & Sacram Ejus Majeſtatem *Regem illegitimum, perfidum & rebellem* nominare minimè fuit veritus.

55. Ungersdorffero non longè melior, ſed, niſi fallor, in hoc genere per omnia, ut nec ovum ovo, nec lac lacti magis reſpondeat, ſimilis erit *Johannes Paulus Windeck, Doctor*, neſcio cujus, *Theologiæ*; qui parùm theologicè in virulentiſſimo ſuo libello, de extirpandis hæreſibus, & de prognoſtico futuri ſtatûs Eccleſ. (quem non injuriâ *Prætæus* librum ſangvine ſcriptum, ein Mordbuch appellavit, quod malè quidem Ungersdorfferum (a) habet) ſentire, & in ſummos Auguſtanæ confeſſionis principes calamum ſtrin-

(a) In ſeiner Vngersdorffiſchen Wiederholung &c. c. 6. p. 93.

ſtringere videtur. Hic ipſe inter alia ejus farinæ innume- d. lib pag. 324.
ra, de Mauritio Electore nequiter in hunc modum ſcri- 56.
bit. *Aſtu & ferociâ,* inquit, *Mauritii Saxonis effectum eſt,*
*ne Concilium Tridentinum optatum ſortiretur exitum, qui de*
*improviſo prægravi bello Cæſarem adobruens, & Concilium*
*diſturbavit, & Lutheranam religionem priſtino loco reſtituit,*
*quo adhuc permanſit.* Hæc ille *Paulus Windeck* in dictis li-
bellis, ubi nil niſi ſtrictos Pauli & Saulis gladios trucu-
lenter ſpirat & ſperat.

Theologi Catholici hi ſunt, *Auditores*, ſi quis neſci-
at; Patres & Fratres ſanctiſſimi; Hi ſcilicet de ſummis Ma-
jeſtatibus tam piè ac modeſtè loquuntur & publicè ſcri- 57.
bunt. Quid eſt, ſi hoc non eſt, *Diabolo,* (a) ut Apoſtolus ait, (a) dem Leſterer. ad Epheſ. 4.
*locum reliquiſſe?* Sanè de hac ipſâ Theologiâ *Pandulphus* v. 27.
*Collenutius* olim ſenſiſſe mihi videtur, cùm inquit: (b) *Ni-* (b) lib. 4. hiſt. Neapol. in vi-
*hil excellenter malum in Eccleſiâ & Imperio perpetrari, cujus* ta Friderici II.
*prima origo non dependeat à ſacerdotibus.* 58.

Sed miſſos nunc facio Orcodoxos iſtos Theologos,
& potiùs cumprimis doleo, eandem hanc calumniandi
peſtem nobiliſſimum Jureconſultorum ordinem inceſ- 59.
ſiſſe, ut non modò paſsim in foro *rabulæ, curiarum canes* vid. Berlich p. 1. concl. 9 n.
*& civium devoratores,* (ut Bartolus loquitur) ſed inter Ju- 60. 66. 67.
reconſultos etiam, monente *Arumæo* (c) & *Lanſio* (d) ho- (c) de Comit. c. 8. n. 24.
die ſint, quibus omne cerebrum in lingvâ virulentâ ſit, (d) in Oration. pro German.
quam non tantùm in privatos, ſed in perſonas quoque
maximè illuſtres acuere non verentur.

Quo in genere gnaviter non ita pridem deſudârunt 60.
*Dillingenſes JCti,* qui in pernicioſo ac ſeditioſo (e) *de com-* (e) ut loquun-
*poſitione pacis* libello, præter infinitas in univerſos Status tur Theologi Saxonici in A-
Evangelicos, ſaluberrimamq; Religionis pacificationem pologia pupil- læ Evange-
prolatas injurias, imprimis etiam in Mauritium Electo- licæ.

61. rem omne maledicentiæ virus evomunt; *Statibus Catholi-*
d. lib. c. 5. q. 29. n. 48.
*cis*, ajunt, *metum, vim injuſtam & qui contra bonos fiat, inje-
ctum fuiſſe, cùm Mauritius & ſocii ejus vi armatâ, per magnā
injuriam, Cæſarem, Ferdinandum, aliosq́ꝫ Catholicos principes
& Status invaſerint, eosq́ꝫ ad conſtantis pacis tractationem
Paſſavii cœptam, Auguſtæ poſtea confirmatam & auctam, com-*
62. *pulerint.* Et rurſus eodem libello: *Mauritium & fœde-*
c. 4. quæſt. 21. n. 22, & ſeqq.
*ratos ſummæ ingratitudinis, violentiæ, perfidiæ & perjurii con-*
63. *tra Imperatorem & Imperium* graviter incuſant; Inſuper
d. c. 4. q. 21.
clamitant, *bellum Carolo Cæſari non antè indictum quàm
illatum fuiſſe;* Et tandem cùm nulla alia cavillandi mate-
64. ria ſupereſſet, *ipſum etiam ſanctiſſimum Mauritii funus te-*
d. q. 21. n. 26.
*merè ſed frivolè laceſſunt atq́ꝫ exagitant.*

65. An verò ita meruit ſanctiſsima Domus Saxonicæ
erga Imperatores, Sereniſsimamque Auſtriacam fami-
liam obſequii ac fidei conſtantia? Quæ niſi tanta tamq́ꝫ
ſincera fuiſſet, ſanè vix tanta & tam diuturna Auſtriaco-
rum gloria & victoria, eminentia & potentia hactenus
fuiſſet.

Quod jã olim innuit Iohan. Frid Elect. in publ. ſcripto, de bello Smalcaldico, apud Sleid. l. 17. p. 481. & Hortled. l. 3. c. 11. n. 38. ubi ait; Se omittere alia multa Saxonicæ domus in Auſtriacam familiam collata beneficia.

66. Agitedum ergo, *Auditores*, nimis grandia hæc, in-
ſignia ac impudentiſsima hominum iſtorum mendacia
in tr. de compoſ. pac.
(his enim loquendi formulis ipſi in noſtros utuntur) ad
veritatis coticulam examinabimus, ut tandem manife-
67. ſtum fiat, quomodo *veritas laborare & labefactari ad tem-*
poſt alios Coler. part. 1. proceſ. ex. c. 3. n. 43.
*pus quidem, opprimi autem vel penitus deſtrui* nunquam
poſsit.

68. Quod igitur initiò attinet graviſsimam illam, *de
Mauritii ſociorumq́ꝫ adverſus Carolum irreverentiâ atq́ꝫ inde-
votione*, calumniam; meritò pro arguendâ illius vanitate
& falſitate plusquam notoriâ, paucis ab ovo, quod ajunt,
hîc

hîc repetendam duco, Mauritii inde à primis annis in Carolum non modò fidem & obſervantiam, ſed etiam obſequium & obedientiam perpetuam.

Vix ſedecim annorum juvenis, *Mauritius*, Cæſari 69.
voluntariè contra Turcam militabat, maximo cum vitæ periculo; Cùm enim è caſtris quodam die progreſſus in Turcas aliquot incidiſſet, & manibus invicem conſertis, equo confoſſo in terram effunderetur, ibi famulus (a) genere nobilis, corpore toto ſuperincumbens, jacentem protegit, ac tantiſper illos demoratur ac ſuſtinet, donec equites ſupervenerint, qui principem eriperent; itaque vitam ei ſervavit, ipſe verò multis vulneribus acceptis, in caſtra relatus, non multò poſt interiit.

*Sleid. lib. 15. in prin. Dreſſer. mill. 6. part. 2. pag. 454. & Orat. de Mauritio pag. 621.*

*(a) Barthel Retbiſch/ nobilis Thuringus. Dreſ. d. l. Aliis Variſcus eſt.*

Pari fide, duabus quoque vicibus Cæſari contra 70.
Franciſcum Galliæ Regem ſponte omnino ſtrenuam opem & operam non ſine laude & Marte felici præſtitit Mauritius, *pro* (b) *ſuâ ſuorumq́; Majorum erga Imperatores perpetuâ obſervantiâ.*

*Sleid. l. 15. pag. 402. & 414. Fauſt im Sächſiſchen Stambaum.*

*(b) ut habet tabula 10. Mauſolei Fribergici Mauritiani.*

Neq; etiam poſtea in bello Smalcaldico alius ipſius
in Cæſarem fuit animus; Non enim fœderi Smalcaldi- 71.
cò, quòd hoc ipſum Cæſari ſuſpectum quodammodo videretur, ſubſcribere unquam voluit; etſi jam antè pater ejus Henricus pro ſe filioque fœderi nomen dediſſet: (c) *Non enim ſe teneri vinculo patris, nec ab illo obligari hoc caſu potuiſſe,* à fœderatis ſollicitatus, reſpondebat.

*(c) Sleid. l. 15. in princ. Chyt. in Saxon. l. 15. in fin. De quo nos alibi plenius.*

Falſus igitur oppidò, atque omnino impudens eſt 72.
*Natalis Comes*, Italus, quòd ſcribere auſus ſit: *Mauritium, contra jusjurandum fœderatis datum, Cæſaris partes adjuviſſe, eiq́; contra naturæ jura, ſpontè auxilia obtuliſſe.* Sicut enim prius illud (Mauritium fœderis Smalcaldici ſocium aliquandiu fuiſſe) à veritate planè alienum eſſe, jampridem

*lib. 1. & 2. hiſt.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-17890-p0023-0

(a) apud Gold. pol. Imp. part. 31. pag. 1375. th 37. & Arumæ. vol. 1. diſc. 26.
(b) l. 1. quæſt. 11. n. 44.

*Fridericus Hortlederus* (a) luculenter evicit: Ita etiam poſterius *de ſpontaneâ auxiliorum oblatione* putidum & falſiſſimum eſſe, ad oculum demonſtravit *Heigius* (b) noſter celeberrimus, *Mauritium ſatis diu à Cæſare & Ferdinando ſollicitatum* ſcribens.

Sleid. l. 17. Per tot. Hortled.
(c) ap Sleid. lib. 17. p. 476. 484. 487. Hortl. l. 3. c. 12.
(d) Sleid. d. l. 17. p. 488 & l. 18. p. 520.

73. Scilicet bello iſti ſemper rebellionis * quorundam ulciſcendæ prætextum Cæſar obducebat (*licèt nullam aliam, quàm* (c) *veræ religionis extirpandæ cauſam ſubeſſe*, ipſe Paulus III. Pontifex, ejusque legatus publicis literis confirmaret, atque etiam perquàm moleſtè ferret, quòd (d) Cæſar aliam cauſam prætenderet) tanquam in paucos aliquot vindicaturus; *ſaltem ut ſic fœderis ſocios divelleret, alios ab aliis, & tanto faciliùs paulatim omnes everteret*; das

ut loquuntur Ioh Frider & Landgravius in ſcripto, de bello Smalcaldico ap. Sleid. Thuan, Hortl.

74. durch den Biſſen leichter zu machen / als ſo man denſelben auff einmal vnd zugleich zu verſchlingen auffnehmen ſolte.

[* So wiſſen auch die Chriſtlichen Stände der Augſpurgiſchen *Confeßion* wol / daß ſich der Päbſtiſche Theil nun etliche Jahr her auff Reichstägen: die gehorſamen Stände: genant / vnd damit auff vns dieſes theils gedeutet / als weren wir alleſampt die Vngehorſamen / 2c. *Johan. Fridericus Elector Sax. & Philippus Landgravius in ſcripto ſuo de bello Smalcaldico; apud Hortled. tom. 1. lib. 3. c. 11. n. 15. §.* ferner.]

Hoc ergo colore, uti multos alios principes tàm religioni quàm fœderi Proteſtantium addictos, in ſuas

75. partes Cæſar traduxerat, ita etiam Mauritius eodem fuco illuſus, maximè cùm ipſi populoque ejus de religione (e) Cæſar ſpecialiter caviſſet, cauſam ejus quaſi juſtiorem

(e) Sleid. l. 18. p. 507 in pr, & p. 511.

76. (cùm *in dubio ſemper juſta cauſa in Principe præſumatur* (f)) ſequendam ſibi eſſe putavit. Unde ad Joh. Guilielmum

(f) Gvil 2. Obſ. 58.

77. Sax. Ducem ſcribens: (g) *Non licere ſibi*, inquit, *contra ſummum Magiſtratum facere, eiq; reſiſtere, quem omnia fœdera excipiant, atq; etiam illud antiquum exceperit.*

(g) Sleid. l. 18. p. 507. Hortl. de B. G. l. 3. c. 41. n. 33. & ap. Goldaſt. d. l. p. 1375. n 32.

Cujus ſinceræ & immotæ fidei teſtimonium ipſe Caro-

Carolus Cæſar Mauritio luculentiſſimum perhibuit, cùm
non ſemel ipſum hiſce titulis publicè ornaret & com- 78.
mendaret : **Hertzog Moritz / als vnſer vnd des Reichs ge-** vid. ap Hortl. d. lib. 3. c. 61.
**horſamer Fürſt** / &c. Item : **der ſich allewege gegen Vns
vnd dem H. Reich vnterthäniger ſchuldiger Gehorſamb ge-
halten.** Et paulo poſt : **Jhn als ein gehorſam Glied des
Reichs / vmb ſeines getrewen vnterthänigen Gehorſams
willen / zu beſchützen vnd zu retten helffen** / &c.

Quo quid illuſtrius pro Mauritio afferri potuiſſet, 79.
non equidem video : at verò id ſatis intelligo, hanc Caro-
linam Mauritii commendationem non ſine prægnanti
causâ fuiſſe factam. Nimirum intelligebat Carolus,
quantum ſibi ad bellum illud conficiendum in Mauritii
conjunctione, operâ & conſilio poſitum eſſet. Neque
profectò falſus opinione ſuâ fuit ; quantum enim ex
Smalcaldicâ victoriâ, ope Mauritii reportatâ, gloriæ Ca-
rolo acceſſerit, vel unicum illud à *Paulo III.* cognomen 80.
ipſi tributum, argumento ſatis eſt ; quo Pontifex Caro-
lum omnibus ejus glorioſiſſimis anteceſſoribus majorem
eſſe voluit, juſſitq; ut ob bellum illud feliciter confectum, vid. Zenocar. a Schauenb. l. 3. de vita Car. V. p. 129. Avila de bell. Germ. l. 2. Hortled. in præf. tom. 2. de bel. Germ. n. 1.
ipſe non *Cæſar Carolus Magnus*, (quod Magni illius Caroli,
primi hujus Germanici Imperii conditoris cognomen
erat) ſed cum ampliatione iſthac : *Cæſar Carolus Maximus
& victorioſiſſimus*, **Keyſer Carll / der allergröſſeſte vnd ſieg-
hafftеſte** / impoſterum paſſim & ab omnibus ſalutaretur.
Quemadmodum & ipſum illud bellum Smalcaldicum 81.
tantâ Caroli velocitate & felicitate geſtum, (*quod mole* Thuan. lib. 2. hiſt. in princ.
*maximum, confectu facillimum, eventu feliciſſimum intra an-
ni curriculum Cæſar geſſit*) non modò præ aliis, quorum
novem à *Zenocaro Schauenburgio* (a) enumerantur, bellis
Germanicis, per excellentiam vulgò *Germanicum* à ſcri-
ptori-

(a) dicto loc. l. 1. & 3. adde Hortl. d. l. n. 1. a Thuan. d. l. 2. in pr. Sleid. l. 21. Hortl. tot. oper. d. bell. G.

ptoribus nominatur; ſed etiam ab eodem Schauenbur-
gio (a) *ſeptimum & magnum bellum Germanicum* appella-
tur; quaſi ei à ſeptimo, quem in ordine ſortitur, loco
82. (cùm *numerus iſte à plerisq; ſacer & ad maxima quæq; nota-
bilis* (b) *habeatur*) aliquid prærogativæ accedat, & reliqua,
ad hoc collata, ferè levia ac vulgaria videantur. Quam
gloriam, ſat ſcio, non adeò ſibi propriam facere potuit
Carolus, quin non minimam illius partem Mauritio
ejusque fidei & prudentiæ ſe debere ultrò agnoverit.

(a) d. lib. 3. pag. 119.

(b) vid. in Cõſtit. Tanta, paragr. 1. & Cõſt. Dedit, paragr. 2. de Confirm. Digeſt.

daß es ohne Hertzog Moritzen geweſen/ hette es dem Keyſer wol fehlen können/ Merckel. de bell. Magdeburg. n. 137.

Porrò & poſt Germanicum hoc bellum eadem ſem-
per Mauritii voluntas in Carolum fuit, nec quicquam re-
miſit, quàm graviter etiam per Landgravii, ſoceri captivi,
latus pungeretur. Quinimo, ne in ipſo unquam quic-
83. quam deſiderare poſſet Cæſar, tandem etiam graviſſi-
84. mam illam belli Magdeburgici molem, Imperii nomine
Cæſarisq; juſſu (*quòd omnium Statuum atq; etiam ipſius Cæ-
ſaris judicio, nullus eſſet, eo quidem tempore, magis ad eam
provinciam idoneus*) ſuſcipere non recuſavit, quamvis
eam rem invidiæ & periculi plenam eſſe non dubitaret.

Sleid. lib. 22. p. 635.

85. Quâ fidei conſtantiâ in tantum ſibi Cæſarem devin-
xerat, ut cùm exacto bello Magdeburgico Moguntinus
cæterique Electores Eccleſiaſtici ipſum velut ſuſpectum
& nova conſilia moliturum graviter accuſarent, Cæſar iis
reſponderit: *Se nihil ab eo niſi præclarum expectare debere,
& cùm genere ſit atque origine Germanus, adduci non poſſe,
ut tam ſiniſtra eum agitare conſilia credat.* Usque adeò præ-
86. clarè Mauritius de Cæſare meritus, eique *præcipuus in con-
ſtituendâ per Germaniam autoritate adjutor* fuerat. At verò
87. *ipſi familiæq; Saxonicæ juſtam debitamq; gratiam à Cæſare non
referri*, jam tum plurimi querebantur.

Sleid. lib. 23. p. 676.

Sleid. d. lib. 23. p. 677.

Thuan. lib 21.

Heig. lib. 1. quæſt. 11. n. 17.

Quod cùm tandem etiam Mauritius animadver-
teret,

teret, meritò quoque ſibi ſuisque maturè conſulendum
eſſe putabat. Quapropter *neceſſe ipſi erat, eas inire rationes,* 88.
*quibus captivis principibus diutiùs & arctiùs, quàm par erat,*
*aſſervatis, & periclitanti, veluti ſub acie novaculæ, libertati*
*Germaniæ remedium conveniens afferret.* Quâ cauſæ juſti-
tiâ fretus heros inclutus, cùm leniora omnia hactenus
tentata fruſtra ceſſiſſe, nec quicquam apud Cæſarem pro-
ficere, videret, ad violentum atque extremum defenſio-
nis ſubſidium animum applicavit, tandemq́ue pro patriæ,
religionis, agnatorumq́ue libertate *juſtum ac neceſſarium,*
*bellum* alacriter ſuſcepit.

Heig. lib. 1. quæſt. 11. n. 16.

Chytr. lib. 17. Saxon.

169. *ſis* (b) autor eſt; cujus verba hûc adduxiſſe non alienum erit: ArchiEpiſcopi, *ait*, Epiſcopi & plerique omnes Præſules, Duces & Comites Saxoniæ, per legatos ad Imper. Henricum inquiunt: *Sacramento ſe ei fidem dediſſe, ſed ſi ad ædificationem, non ad deſtructionem Eccleſiæ Rex eſſe vellet; Si juſtè, ſi legitimè, ſi more majorum rebus moderaretur; Si ſuum cuiq; ordinem, ſuam dignitatem, ſuas leges tutas inviolatasq; manere pateretur: Si iſta prior ipſe temeràſſet, ſe jam ſacramenti iſtius religione non teneri, ſed quaſi cum barbaro hoſte, Chriſtiani nominis oppreſſore, juſtum deinceps bellum geſturos, & quoad ultima vitalis caloris ſcintilla ſupereſſet, pro Eccleſiâ* DEI, *pro fide Chriſtianâ, pro libertate etiam ſuâ dimicatu-*

(b) refert Hortled. d. p. 613. & 1372.

caturos. Hucusque *Schaffnaburgenſis*; Ejusdemque notæ
ſunt apud *Brunonem Saxonem*, ad eundem Henricum IV.
Ottonis Ducis Bojoariæ verba. Et ferè in hanc ſenten- Limnæus tom. 1 de jur. publ.
tiam & ſupradictam diſtinctionem incidit, quod Caro- lib. 1. c. 9. n. 29.
lo V. Imperatori à Danis & Norvvegis reſponſum quoq;
fuit: *Se non Cæſari, ſed Imperio fidos eſſe: quòd ſi Cæſar contra*
*Imperium machinaturus ſit, pro virili nixuros, ut antiqua li-*
*bertas defendatur.* Puta, fidos Imperio Danos fuiſſe, eo Goldaſt. in
hactenus ingenio, ut liberi fuerint amici, coactos proti- præfat. tom. 3. Conſt. Imp.
nus in amicitiâ contineri non potuiſſe.

Scilicet hæc vera jurisjurandi, quo Principes Impe- 170.
ratori tenentur, vis ac poteſtas eſt. Hinc ſi de hâc ipsâ
Mauritii expeditione judicium fiat, nemo ſanus ullum
perfidiæ, rebellionis, aut perjurii crimen tanto Principi
facilè impinget.

Egregiè jam olim ex hoc capite cauſam hanc defen- 171.
dit Marchio: Dieweil/ inquit, die obbenante Chur- vnd apud Hortled. d. lib. 6. c. 27.
Fürſten/ die Sache zu des Reichs Wolfahrt zum beſten ge- n. 17.
meynet/ &c. So wird kein Teutſcher Ehrbiederman im
Reich von Vns ſämptlich oder ſonderlich mit Ehren oder
einiger Warheit ſagen mögen/ daß wir dadurch Rebellen/
Frantzöſiſche Auffrührer/ oder auch Zerſtörer
vnd Betrüber des gemeinen Friedes/ oder derglei-
chen geweſt ſeyn. Dann wer einem Römiſchen Keyſer
gelobt/ geſchworen/ verwandt vnd zugethan/ der
iſt demſelben allein/ von wegen des Römiſchen
Reichs/ zu deſſelben Wolfahrt vnd Auffnehmen/
gelobt vnd geſchworen/ auch ſchuldig vnd pflichtig
ſolche des Reichs Wolfahrt zu befördern gegen männiglich/
niemand außgenommen/ ja auch den Käyſer ſelbſt/
der nicht für ſich/ ſondern allein von wegen des Reichs vnd
dem-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-17890-p0049-8

demſelben zu gutem ein Käyſer iſt/ vnd Käyſer genant wird/ auch darüber ſein Pflicht vnd Eyd thun muß.

Sit ergo nobis vera hæc juramenti interpretatio, velut cynoſura & regula, ad quam cæteras, quę reſtant, adverſariorum criminationes nunc porrò exigamus.

172. Patet ergò hinc liquidò, vanum eſſe, quod de Mauritii conjuratione cum Galliæ rege initâ criminantur. Tantum enim abeſt, ut ſocietas ſeu fœdus, quod *de jure ſuo & Reipublicæ tuendo*, principes Germaniæ vel invicem vel cum exteris pangunt, illicitæ conjurationis nomen mereatur, ut ipſis etiam fundamentalibus (a) Imperii legibus maximè probetur & permittatur. Quàm graviter autem tota Germania tum temporis de jure ac libertate periclitata fuerit, ex ante dictis conſtare quodammodo poterit.

(a) Aur. Bull. tit. 15. ibique Arumæ. Buxtorf. Rummel.

Sleid. lib. 18. p. 500.

173. Quid? quòd etiam famâ percrebuerat, Cæſarem cuidam Galliæ Regis legato reſpondiſſe: *Velle ſe domare Germaniam, aut de fortunis omnibus periclitari; jam enim annos viginti fundamenta jeciſſe huic rei.* Inſuper libelli evulgabantur, & quidem privilegio Cæſaris, ad Germaniæ dedecus & infamiam, quaſi jam domita eſſet, inq; ſervitutem redacta;

Sleid. lib. 24. p. 712.

164.

apud Hortled. lib. 5. cap. 13. n. 17.

Daß etzliche (ut ſunt verba gravaminum Paſſavii oblatorum) Käyſ. Maj. geheimbſte Diener/ von der Teutſchen Nation vnd deroſelben Gliedern/ durch gedrückte Bücher/ vnd Jhrer Maj. beſondere Privilegia ſo ſchimpfflich vnd verkleinerlich geſchrieben/ als weren dieſelbe ſchon eigene Leute/ welches den Ständen Teutſcher Nation billich zu Hertzen gehet/ vnd Vrſach geben wird vber jhrer Freyheit/ Wolfahrt vnd Ehre ſorgfeltig zu ſeyn.

175. Et præterea Mauritius cæteriq; Principes à Galliæ Rege non ſemel per literas admoniti erant, ſibi ut à Cæſare velut occulto

Heig. lib. 1. q. 11. n. 15.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-17890-p0050-0

culto Germanicæ libertatis hoſte quàm diligentiſſimè caverent.

Quod cùm Mauritius, ad ſervandam Germaniam 176.
quaſi natus, probè animadverteret, reliquos autem Principes & Status, metu fractos, de jugo iſto ſervili excutiendo, parùm ſollicitos videret, ipſe viribus inferior ſibi viſus, qui tantam ſolus provinciam ſuſtinere non poſſet, exterorum fœdere ſe munire & proſpicere ſibi quodammodo fuit coactus.

Ubi tamen ſingulari iſthac prudentiâ uſus eſt, quòd eam è multis gentem ſocietate ſibi junxerit, quæ *origine*,
iisdem prope *legibus* & *moribus*, quin & *amore ac benevo-* 177.
*lentiâ* Germanis ſemper conjuncta fuit; *Gallos* ſcilicet, de quibus hæc omnia Trevirenſis Elector graviſſimâ oratione, in electione Caroli V. prædicavit, & poſt eum Henricus II. Galliæ Rex in literis ad Ordines Imperii, ejusque Legatus in conventu Paſſavienſi commemoravit: Quos proinde, *fratres Germanorum* Goldaſtus, (a) & hos viciſſim *fratres Gallorum*, Fraxineus (b) legatus Gallicus appellat; Ipſamque Galliam, *amicam & ſororem Germaniæ* Freherus Jureconſultus, (c) *amiciſſimam nobis & non modò agnatam, ſed fraternam & germanam nationem* Goldaſtus (d) nominat; (quamvis hæc (e) *frater-*
*nitas frigere admodum indies magis magisq́; cœperit, ſuas res* 178.
*tractantibus ſingulis*) Atque inde Henricus II. Rex Galliæ in ſcripto ſuo ad Ordines Imperii, de vetuſta illa Germa-
niæ Galliæque conſvetudine multa præfatus, ſubdit: (f) 179.
*Galliæ Regum eam ſemper conſvetudinem fuiſſe, ut afflicti principes, Germani præſertim, tutum haberent apud ipſos refugium atque receptum.* Benè in hanc ſententiam Marchio Albertus, Dieweil/ inquit, die vereinten Chur- und

apud Sleid. lib. 1. pag. 21.
Sleid. l. 24. p. 699. & 713.
Thuan. lib. 10. Hortl. l. 5. c. 3.
(a) lib. 1. de Regn. Boh. c. 5. num. 3.
(b) apud Sleid. l. 24. p. 713.
(c) de tutel. Elect. pag. 25.
(d) in ſeniore ſive de Major. l. 3. c. 11. n. 19.
(e) poſt Beuth. monet Gold. d. l.
(f) Sleid. l. 25. p. 763. plenius Bodin. l. 5. c. 6. p. 956. apud. Hortled. d. c. 27. n. 13. in fin. adde n. 22.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-17890-p0051-5

180. Fürſten/auch wir vns wol beſorget/daß wir ein ſolch Werck/ ohne ein ſondern Rücken vnd hülfflichen Beyſtand nicht möchten verrichten/ vnd vns dazu befahren müſſen/ daß wir etliche ſondere abgerichte Stände/ dazu wir kein ſonders Vertrawen getragen/ mehr zu Feinden/ dann zu Freunden haben möchten/ ſeynd wir mit gutem Bedacht bewegt worden/ der Kön. Maj. aus Franckreich (als der Teutſchen Nation nechſtbenachtbarten Potentaten/ auff dem/ daß dieſe Reich zuvor beyſammen geweſt/ vnd von Alters je vnd allwegen in guter nachbawerlicher Einigung gegen einander geſtanden) ſolches Teutſcher Nation Abliegen vnd Beſchwerden zu erkennen zu geben/ vnd die zu erledigung derſelben/ vmb Hülff/ Rath vnd Beyſtand anzulangen/ &c.

181. Nihil autem in juſtiſſimo hoc fœdere facilè invenient calumniatores, quod jure meritoq; reprehendere poſſint. Non enim *jus pangendi fœdera, pro pace & ſalute Imperii,* (a) quod cæteris Electoribus, Principibus & Ordinibus omnibus ac ſingulis (b) competit, Mauritio, ſine inſigni impudentia & impotentia denegare unquam poterunt.

182. Quod ſi urgeant: (c) *Imperatorem tamen in omni fœdere excipiendum eſſe*: Sciant, nos quoque idem omnino ſentire, nec unquam Johanni Bodino, (d) Majeſtatem *Imperii* ſaltem, non etiam *Imperatoris* perſonam excipiendam eſſe, *imperitè* (ut (e) Hortlederus ait) aſſerenti conſenſiſſe. Verùm enimvero, ſicut id, quod *de Imperatore excipiendo* dicunt, tum demum verum eſt, quando Cæſar

183. eſt *Cæſar*, hoc eſt, major ac ſuperior & majeſtatis ac ſuperioritatis jure Ordines antecellit: Ita certè cumprimis fallit, & notabliter limitatur; (f) *quoties contra Imperii Statuumq; jura, libertatem & privilegia, Imperator quicquam*

*molia-*

(a) Bod. l. 1. de Rep. 7. in fin.

(b) Remig. Feſchius de fœd. th. 7. lit. a. ibiq; remiſſive. Beſold. de fœd. c. 3. n. 6.

(c) Aur. Bull. tit. 15. & paſſ.

(d) l. 1. de Rep. c. 7. in fin.

(e) ap. Gold. pol. Imp. part. 31. p. 1375. n. 32. WVar. ab Ercb. l. de fœd. 2. n. 135. Arumæ. de Com. c. 1. n. 28. & 29. & ad A. B. diſ. 6. th. 6.

(f) Hortl. d. l. n. 33. & ſeqq. Beſ. de fœd. c. 3. n. 7. Cubach. de Iuriſp. Germ. c. 24. th. 53. 54. & ſeqq. Carpz. d. Cap. Cæſ. c. 6. n. 18. vid. Dilling. de Compoſ. pac. c. 3. q. 15. n. 6.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-17890-p0052-1

*moliatur*. Tunc enim contra Ipſum, *non ut Regem, ſed ut conventionis ſuæ & pacis publicæ violatorem, fideiq́; humanæ & juris Gentium expertem, quæcunq́; defenſio & confœderatio licita eſt*: Unde olim Proteſtantes in publico ſcripto de bello Smalcaldico: *Etſi*, dicebant, *in fœdere hæreditario, quod eſt inter Saxonicam, Brandeburgicam, & Heſſicam Domum, Cæſar exceptus eſt, tamen hoc ita accipi debet, modò poteſtate ſuâ non abutatur, &c.* Quorſum collimat, quod in Colonienſi Electorum conventu, *anno 1530.* de tuendâ Statuum libertate, ab ipſis Electoribus, graviter aſſertum fuit: Weil ein Römiſcher König in der Wahl ein jurament thun müſte / die Stände wider alt Herkommen nicht zu beſchweren / ſondern bey jhrer Freyheit zu handhaben; So ſey niemand verbunden / wider ſeinen Willen zweyfache Bürde zu tragen / ob es Jhm gleich zugemutet würde.

apud Sleid. l. 17. p. 481. Hort. l. 3. c. 11.

184.

185.

186. Quinimo unus etiam Moguntinus Elector Bercholdus pro ſuo & Statuũ jure duriuſculè Maximilianum I. in comitiis Confluentiæ hiſce verbis compellabat: Gnedigſter Herr / Teutſcher Nation vnd vnſer Vermögen iſt nicht alſo / daß wir ſolche Anſchläge vnd Schatzungen / ſo bißhero von Käyſ. Majeſtät beſchehen / erleiden könten / &c.

Lehm. Chron. Spir. lib. 7. c. 121. Arumæ. de Comit. n. 1.

187. Et eodem ferè modo Colonienſis Archiepiſcopus ſatis curtè reſpondebat Friderico III. qui poſtquam in Comitiis Noriberg. Anno 1487. prolixam orationem habuiſſet, Vnd von Chur- vnd Fürſten alſo bald in gemeiner Verſamlung zu wiſſen begehret / ob ſie Jhm wider König Matthiam in Vngern zu ziehen wolten oder nicht / vnd gleich ſelbſt den Churfürſten zu Cöln fragte / da gab der Churfürſt zur Antwort / daß es bißhero in Reichsverſamlungen nicht herkommen / alſo ſtumpff zu antworten / ſondern gebührete ſich mit andern Churfürſten zu vnterreden. Nimirum ita

Lehman. d. lib. 7. c. 118. Arumæ d.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-17890-p0053-6

de Statuum libertate & legitimâ ejus defenſione ſibi re-
188. lictâ *Sanctiſſimum Electorum conſilium* illo tempore judica-
(a) Beſold. diſſ. de Rep. cur. c. 7. n. 7. bat. Sanè (a) *expedit interdum, ut Ephori & Senatores re-
gni, quid poſſint, oſtendant.*

189. Porrò inſtat Autonomiæ Autor, *non ſine magno Ger-*
lib. 1. c. 3. p. 3. *manicæ nationis dedecore, exterorum auxilia à Mauritio ac-*
Bernh. Zierit. de princ. inter ipſos dign. prærog. Pulchre Limnæ. de jur. publ. l. 4. c. 8. n. 26. & ſeqq. *cerſita fuiſſe.* Cui commodum reſponderi poteſt: *Im-
perii Statibus fœderum cum regibus exoticis, multorum anno-
rum uſu, ad hæc usq; tempora contrahendorum eximiam ſemper
libertatem fuiſſe; Plenas quoque eſſe hiſtorias Imperatorum &*
(b) lib. 1. d. Rep. c. 9. *Germaniæ Principum fœderum cum Regibus Galliæ pactorum:*
190. Adeò ut præter Bodinum, (b) Waremundus (c) ab Eren-
(c) l. 2. de fœd. 2. p. 193. in not. berg/ Dn. Arumæus, (d) Remigius Feſchius, (e) aliique at-
(d) ad Aur. Bul. diſc. 6. theſ. 7. in pr. teſtantur: *Principes Germaniæ cum Regibus Galliæ, quadra-
ginta ſeptem fœdera contraxiſſe.*

(e) diſſ. de fœd. th. 6. lit. B. in fin. Atque ex hoc principio jam olim pro hocipſo fœ-
dere Chambortico pugnavit etiam Albertus Marchio:
Ap. Hortled. d. lib. 6. c. 27. n. 14. So haben wir/ inquiens, die Teutſchen Chur- vnd Fürſten
in alle wege vnverhinderlich vnd vngewehrt hergebracht/ vns
191. bey den Außländiſchen Potentaten zu befreunden/ denſelben
zu dienen / vnd ſich auffs nachbarlichſt gegen denſelben zu
halten / Auch vns zu vnſer Nothdurfft derſelben Hülff zu
gebrauchen / ſo wol als vnſere Teutſche Käyſer auch gethan/
die Ihnen Frantzöſiſche/ Engliſche vnd Polniſche
Hülffe bißweilen in jhren ſelbſt eigenen Sachen gantz wol-
gefellig vnd zum annehmlichſten ſeyn laſſen. Aber dieſe
Freyheit hat Vns die Außländiſche Regierung auff dem
Reichstag zu Augſpurg des 48. Jahrs auch abſchneiden
wollen/ ꝛc.

ap. Hortl. tom. 2. lib. 3. c. 19. n. 3. Sic quoque ante eum Johannes Fridericus Elector
& Philippus Haſſiæ Landgravius in ſimili caſu ſcribunt:
Wir

Wir ſind von den Churfürſten vnd Fürſten des Reichs die jenigen nicht geweſt / die von erſten Schutz⸗ vnd defenſif-Bündniß mit außwertigen Chriſtlichen Königen vnd Potentaten gemacht vnd auffgericht. Zweiffeln auch nicht / do 192.
ein jeder Churfürſt vnd Fürſt in ſeinen Brieffverwahrungen vmbſuchen leſſet / ſo werde er dergleichen alte auffgerichtete Verſtändniß darinn nicht weniger / dann wir / befinden.

Et paulo poſt : Wie auch einer jeglichen Obrigkeit mit dict. c.19.n.4.
andern Potentaten / Fürſten vnd Herrſchafften / defenſif- 193.
Bündniß zu machen / vnſtrefflich zugelaſſen iſt / des ziehen wir vns an alle Verſtändigen / welche auch durch die Güldene Bulla zugelaſſen / vnd Churfürſten vnd Fürſten des Reichs nicht benommen ſeyn. So gibt auch Käyſ. Maj. Franckfurtiſche obligation, (capitulation) daß Käyſ. Maj. vnziemliche heſſige Bündnißverſtrickung vnd Zuſammenthuung der Vnterthanen vnd gemeinen Volcks auffheben vnd abſchaffen ſollen. Von ehrlichen defenſif-Bündniſſen 194.
aber iſt darin nichts gemeldet / ꝛc. Taceo fœdera princi- Bodin.lib.1. de
pum Germanorum cum Angliæ, Daniæ, Sveciæ Regibus Rep.c.7. in fin.
ſine Imperii fraude inita quamplurima.

Et quæſo quodnam dedecus inclutæ nationi Ger- 195.
manicæ aſpergi hinc potuit? Quin potius cum cordatio- Bernh. Zieriz.
ribus dicendum erit: *Hoc Mauritii fœdus vel ideo, pro tuen-* d. l.
*da atq; amplificandâ Germanorum Principum dignitate, majoris momenti eſſe; quòd Mauritius & ſocii æquali omnino fœdere cum rege Henrico conjuncti fuerint;* atque adeò ipſos ne quidem in Regis ſocietate ſuæ dignitati præjudicium lib.1. de Rep.
fieri paſſos eſſe. Quicquid etiam *Bodinus* ſuperbi jactitet: c.7. in fin.
*In eo fœdere Principes Henricum Regem ſuperiorem agnoviſſe,* 196.
*ejusq; Majeſtatem comiter obſervare ſpoſpondiſſe, atq; ipſum communibus ſuffragiis belli gerendi ducem creâſſe.* Vana

enim & ſuperba iſthæc Galli hujus aſſertio concidit, (ut
lib. 1. de fœd. c. 2. n. 41. loquitur Waremundus ab *Erenberg*) atque convincitur
ex ipſius Henrici regis anno 1552. ſcripto evulgato, ubi in-
apud Hortled. l. 5. c. 4. n. 19. ter alia: Derhalben haben wir aus Göttlichem Eingeben
vnd Treibung nicht allein ein Bündniß mit gedachten Für-
ſten vnd Ständen des Reichs auffgerichtet/ ſondern Vns
auch deſſen entſchloſſen/ daß wir alle vnſere Macht/ Rath/
Freunde/ auch vnſer eigene Perſon mit den gemelten Für-
(a) hæc contra Bodin. urget VVar. ab Er. d. n. 41. Hortl. d. n. 19. Arum. d. diſc. 23. th. 9. ſten vnd Ständen **in einer** (a) **Gemeinſchafft** wollen
auffſetzen/ &c. En, Regiam ſuam perſonam omnemq́;
potentiam Rex *in ſocietatem*, **in einer Gemeinſchafft**/ tri-
buit & offert, nec ullam ſibi præ cæteris prærogativam
197. reſervat; Conſequens igitur eſt, non primas ſed *æquas*
l. 29. ff. pro ſoc. *partes, quas natura & jura ſocietatis inter ſocios ſtatuunt*, ap-
Arumæ. vol. 2. diſc. 23. th. 9. probaſſe. Equidem fateor perſonas fœderatorum ſepa-
ratim, & ſine fœderis reſpectu conſideratas, *inæquales* fu-
198. iſſe; At verò *æquales* fœderis ratione, quæ hîc cumpri-
mis ſpectanda venit: Quare nullam hîc pro rege ſuo (cu-
(b) teſte Heig. lib. 1. q. 11. jus peſſimus adulator (b) fuit) ſuperioritatem evincet
199. *Bodinus*. Qui fortè non minùs in eo fallitur, quòd *Re-*
d. lib. 1. de Rep. c. 7. *gem, belli gerendi ducem à fœderatis creatum*, dicat; quomo-
lib. 8. hiſt. do enim cum Thuano, qui, *primarium belli ducem*, Mauri-
tium vocat, itemq́ue Sleidano, qui eundem *totius belli*
(c) lib. 24. in pr. adde Arum. d. diſc. 23. th. 9. *Ducem* (c) ſcribit, idipſum conſentiat, nunc quidem non
intelligo. Omni ex parte igitur in hoc ipſo fœdere ſua
200. Principibus noſtris dignitas reverâ conſtitit; Ut taceam,
quàm exoptatiſſimum inſuper, Dei beneficio, ſocietatis
hujus fructum, atque eventum ſenſerint non pœniten-
in Saxon. lib. 17. in med. pag. mihi, 508. dum. De quo verè Chytræus ait: *Hoc bello omnes eccle-*
*ſias, puram Evangelii doctrinam amplectentes, ex Synodi Tri-*
*dentinæ, & tyrannidis Pontificiæ, ac Hiſpanorum ore ac fau-*
*cibus*

*cibus ereptas ac conſervatas eſſe, atq; univerſæ Germaniæ libertatem, oppreſſam ac ferè extinctam, iterum recreatam, pacemq; firmam ac diuturnam, quæ nullo unquam tempore anteà impetrari potuit, noſtris Eccleſiam Paſſavii confectam, captivosq; Principes, Johannem Fridericum Saxoniæ Ducem, & Philippum Haſſiæ Landravium ex quinquennali cuſtodiâ liberatos fuiſſe.*

Cujus auſpicati ſucceſsûs ſine dubio prænuncium 201.
fuit inſolitum illud tonitru à fœderatis inopinanter auditum, de quo res ita habet: *Cùm Fridewaldi, Haſſorum arce venatoriâ, conſilium de hoc fœdere iniretur, & unà cum Electore Mauritio, Albertus Marchio, Wilhelmus Landgravius, Galliæq; Regis legatus, Johannes Fraxineus, intereſſent, eo momento, quo de ſummâ rei inter ipſos vix convenerat, & juramentum invicem præſtitum eſſet; en rapidum coruſcantis aëris fulgur totum conclave occupat, ſequente mox unico, ſed validiſſimo & terrifico aëris mugitu; Quæ repentina inſolentis ominis objectio, cùm fortiſſimorum etiam heroum pectora quateret, & reliqui quaſi in re dubiâ hærentes, ad ſe invicem taciti ſpectarent; Ibi verò Baronenſis, (unus ex Haſſiacis) decretum hoc à* DEO *fauſtâ ominatione approbari, nec quicquam adverſi timendum, lætus exclamavit; idq; exemplis ex antiquitate repetitis (ut erat hiſtoriarum & civilis ſapientiæ peritiſſimus) eleganter confirmavit.* Quod omen, uti DEUS ter Opt. Max. ratum fecit olim, ita æternùm faciat!

Treutler. in Orat. de vita & obitu VVilhelmi Haſsiæ Landgr. pag. 54. VVar. ab Erenb. l. de fœd. 2. n. 41.

Simile eſt de Iohan. Frider. Elect. ap. Hortled. tom. 1. de B.G. l. 3. C. 88. n. 28.

Infauſtum hoc fuiſſe omen putat Beſold. de arte jureq; belli. 6. n. 3. in fin. p. 107.

Nunc ad aliud falſæ criminationis genus, quo ingratitudinis crimen Mauritio impingere ſatagunt, devenio. Dicunt Dillingenſes: *Mauritium magnis à Carolo* c. 4. quæſt. 21.
202.
*beneficiis affectum, contra eundem fœdera & bella ſuſcepiſſe.* Sanè levius hoc eſt, quàm ut tanto principi temerè objici debue-

debuerit: Equidem beneficium eſt, Carolum dignita-
203. tem Electoriam in Mauritium tranſtuliſſe, ſed, quia hoc
vid. ſupr. p. 23. Imperii feudum ſeu beneficium eſt, ab *Imperio* potiùs,
ſaltem per *Imperatoris* manum, id accepiſſe, & per hoc
magis illi quàm huic obligatus fuiſſe videtur Mauritius;
Præterea neque ex mero ſolius Cæſaris arbitrio ſeu gratiâ
204. hoc beneficii profectum dici poterit, ſiquidem jam antè
Mauritius, tàm ratione ſimultaneæ inveſtituræ, quàm
agnationis jure, quæſitum & radicatum quoddam ſucceſ-
(a) l. 11. ff. & c. ſionis jus habebat, *quod ſine facto ipſius auferri non potuiſ-*
17. X. de Reg. *ſet.* (a) De quo jure tum ipſe Carolus (b) datis ad Mauri-
jur. in 6. (b) Sleid. l. 17. tium literis, idemque Mauritius non ſemel palàm con-
p. 489. & 506. Hortl. l. 3. c. 41. teſtati ſunt; *Donari ergò non videtur*, (c) *quod jure cogente*
n. 33. & c. 52. *conceditur.* Sed eſto: fuerint quædam Caroli beneficia
(c) l. donari 82. de R. I. in Mauritium Electorem; necdum tamen ſatis cauſæ fo-
205. ret, cur ipſum ſtatim *ingratum* clamitent. Si enim verum
Schrad. d. feud. eſt, quod vera JCtorum ſchola tradit: *Ingratitudinis cri-*
part. 9. c. 4. n. *men ſine donatarii & beneficiarii dolo non committi*; profe-
96. & part. 2. 9. part. princ. ctò nemo ingenuæ frontis inficias ibit; Mauritio ſic quo-
ſect. 7. n. 65. Vult. 1. feud. que injuriam fieri, cùm ipſe nec temerè nec doloſè arma
11. n. 53. ſumſerit, ſed jure publico uſus fuerit; Jam *non videtur*
l. 15. paragr. 1. ff. de injur. *dolo aut injuriæ faciendæ cauſâ quicquam facere, qui jure pu-*
*blico utitur.* Quare & hâc vice JCtos illos, transmarinam
ſapientiam crepantes, ſui aliquantulum oblitos fuiſſe,
fortè non malè quisquam dixerit.

206. Multò autem ineptius eſt, quod iidem nugantur:
c. 4. q. 21. *Bellum Cæſari non antè indictum quàm illatum fuiſſe, idq́; ſe-*
*curo admodum & imparato.* Sub quo incuſationis genere
atrocem ſanè calumniam tegunt obtrectatores peſſimi,
ac ſi proditoriè & minùs candidè cum Cæſare, quem
absque præviâ denunciatione adortus ſit, Mauritius
egiſ-

egiſſet; Siquidem apud Politicos tralatitium eſt: *Bellum* vid. Buxtorff. ad Aur. Bull. concluſ. 100. lit. D.
*proditoriè inferri, in quo denunciatio omittatur*; Ipſiq́; infe-
rentes, ſeu, qui bellum gerunt, *Latrunculi* ſive *prædones* 207.
appellantur; & *poteſt in captivos hoc caſu, tanquam latrones*, Beſold. de arte jureq; belli. c. 5. n 4. & lib. 2. pol. c. 7. n. 21. paragr. 2.
*animadverti*. At verò quid hæc ad Mauritium? qui etſi
nullum planè hujus expeditionis ſeu defenſionis ſuæ in-
dicium dediſſet, minimè tamen contra militiæ leges fe-
ciſſe dici poſſet; Nec enim ſemper & ubique denuncia- 208.
tio iſta neceſſaria eſt, cumprimis *in bello defenſivo*; vel *ubi* Beſold. de art. jur. belli c. 5. n. 4. Buxtorff. d. l. Alb. Gent. de jur belli l. 2. c. 1. & 2.
*periculum in morâ ſit*, aut *ſi injuriæ factio duret*, vel *ſi legatis*,
*res pluries repetentibus, tamen nec reddantur nec aliter ſatis-*
*fiat*. Quæ conditiones omnes & ſingulæ etiam in hac
ipsâ Mauritianâ expeditione locum habent, & ad excuſa-
tionem ejus planè ſufficerent. Sed quid opus hûc con-
fugere, cùm ipſa rerum geſtarum veritas maledicorum
calumniam evacuet. Nec enim negari poteſt, bellum 209.
Carolo per Wilhelmum Landgravium, Mauritii ſocium,
tempeſtivè & apertè ſatis indictum fuiſſe; Cujus rei ple-
nam nobis fidem faciunt diffidatoriæ Landgravii literæ
(vulgò Verwarungsſchrifft) *anno 1552. octavo Aprilis die*, tom 2. de B G. lib. 5. c. 9.
Cæſari transmiſſæ, quas hodieq́; publicè extare videmus,
integrè productas à *clariſſimo & Juris noſtri Imperialis con-* ita vocatur a Goldaſto in præf. pol. Imp.
*ſultiſſimo*, Friderico *Hortledero*, cujus induſtriæ atque in-
defeſſo ſtudio unicè acceptum referamus, cùm de hoc
ſcripto *Sleidanus*, parens hiſtoriæ, ſileat, atque *adeò ſileat* [d] lib. 5. c. 9. in princ.
*etiam* (ut loquitur Hortlederus) *omnis hiſtoria reliqua*. 210.

Præterea de hoc Mauritii ſociorumque inſtituto
jampridem etiam ſatis ſuperque Carolo innotuerat; Si- 211.
quidem *per eos dies*, (inquit Sleidanus) *quibus erat in urbe*, lib. 23. p. 668.
*Mauritius, non obſcurè ſignificabat, quid ſui eſſet animi, velle*
*ſe nimirum capitis periculo liberare ſocerum, nec id poſtridie*

*diſſimulavit, interpellatus à quibusdam; Legatos jam antea miſerat Landgravii cauſâ liberandi: Daniæ quoque regem & multos Germaniæ principes in eo ſibi conjunxerat, & niſi impetrâret, planè conſtituerat, rem tentare viribus, deq; eo cum Galliæ rege jam pactus erat: Cæſar autem his omnibus nihil*
212. *commoveri videbatur.* Hactenus Sleidanus; qui paulò
lib.21. p.685. poſt eodem libro: *Plerīq;*, inquit, *cœperunt muſſitare, Mauritium facto cum Galliæ rege fœdere, bellum in Cæſarem parare; ſubobſcurus quidem erat hic rumor ab initio, ſed invaleſcebat indies, ac ſilentio miſſus fuit ad Cæſarem Tridento, qui de ipſius voluntate cognoſceret; Poſt etiam à Cæſare quidam ejus rei cauſâ venit eò, ſed tegebantur omnia ſingulari ſtudio.* Ita
lib 9. hiſt. *Sleidanus*, & ei per omnia conſentiens *Aug. Thuanus.*

213. Quis ergò credat Dillingenſibus, Carolum, principem manu & mente expeditiſſimum, (a) in tanto rerum turbine, *admodum ſecurum* (ut loquuntur) & *imparatum fuiſſe?* Sanè ſic ipſimet in Carolum *injurii* ſunt, (b) & cauſam non bonam patrocinio pejorem efficiunt.

(a) Thuan lib. 21. Lipſ lib. pol. c.6. in fin. Syring de pac. rel. th. 15. lit D
(b) Syring d.l. Autor des wolgemeynten diſcurſ. pag. 41.

Ejusdem farinæ eſt, quod de *vi & vi armatâ* Mauri-
214. tii & confœderatorum paſſim inculcant; Utq; rem magis inviſam reddant, tria potiſſimum violentiæ genera con-
215. fingunt. *Primum eſt:* Principes fœderatos *novam religio-*
d.l.1.c.5. *nem, novum & quintum Evangelium* (uti calumniantur) vi ferroque non propugnâſſe modò, ſed etiam omnibus & ſingulis violenter obtruſiſſe. En iterum egregium *Burchardi* mendacium! Quis unquam de iſthac principum violentiâ conqueſtus fuit? Cuinam quæſo aureum hoc libertatis & autonomiæ beneficium invito oblatum & collatum fuit? Nullum, ſat ſcio, *Burghardus*, ſeu quisquis in illius verba juravit, planè nullum unquam dederit, niſi fortè, quod metuo, eò prolapſus impudentiæ

fuerit,

fuerit, ut Mauritio, cæteriſq; principibus jus mutandæ religionis in propriis etiam ditionibus & ſubditis denegandum exiſtimet, contra juris æquique rationem, ac tritum illud: *Cujus eſt regio, ejus eſt religio.* (a)

(a) M. Steph. lib. 2. de juriſd. part 1. c. 7. n. 475.

Inprimis cùm ea religionis libertas, **die Freyheit in** 216.
**Religionsſachen**/verè ſit, (ut loquitur Illuſtriſſimus Haſſiæ Landgravius) **der Stände des Reichs höchſt und fürnemeſt** Regale: quam ipſam omnino ſalvam fore, non Mauritio ſolùm, ſed etiã aliis quibusdam Confeſſionis Auguſtanæ principibus, jam ante primum illud bellum Saxonicum Carolus Imperator caverat quàm ſolenniſſimè. **Wir und unſere Landſchafft** / inquit Mauritius, **haben von hochgemelter Käyſ. Maj. mehr / denn eine ſtatliche Erklärung der Religion halben / bekommen / der wir Glauben geben / und nicht zweiffeln / die Käyſ. Maj. werde Uns dieſelbe halten.**

Apud Sleidan. lib. 18 p. 506. 511. & Hortl Tom. 2. lib. 5. c. 35 n 3. in fin. & c. 40. n. 50.

Nimiùm ſanè putido iſthoc figmento, ſuum ſuorumque ingenium, ut ſorex, prodit *Autonomus*; Quorum 217.
enim magis & (quod dicitur) in quarto modo, proprium eſt, religionem & *conſcientias cogere, iiſq;* (quod *ſolius* DEI *reſervatum eſſe*, prudentiſſimus Rex Poloniæ Stephanus dicebat) *dominari velle*, quàm eorum, qui antiquam (ut vocant, & abinde novo quaſi vocabulo, (b) **Altgleubige**/ dici volunt) religionem crepant. Hi namque non *verbo*, ſed *ferro* converſionem hominum promovendam eſſe ſibi perſvaſum habent; Eamque converſionis ſeu potiùs everſionis artem diabolicam cumprimis egregiè norunt *Inquiſitores* (quos patres *S. officii* appellant) *Hiſpanici*; Hi ſiquidem ubi primùm comperiunt aliquem in quodam fidei capite ab Eccleſiâ Romanâ diſſentire, confeſtim opponunt ei *Syllogiſmum ex igne, aquâ aut laqueo confectum, qui fortiùs, quàm qui primæ figuræ dicuntur, concludat,*

Beſold. 1. pol. 3 n. 27.

(b) vid. Aut. Auton. lib. 1. c 4. pag 11. & paſsim.

poſt Lanſium. B Carpzov. de capit. Cæſ. c. 3. n. 16.

*atq́; ubi mors neceſſariò ingrediatur concluſionem.* Verè ergò
(a) Catal. teſt. verit. lib. 19. de illis Spangenberg, (a) Sie ſolten / inquit, Seelſorger
218. ſeyn / ſo ſeynd ſie Leib- vnd Seelenworger. Sanè hoc non
Bembellon. de Godent. part. 2. c. 15. pag 155. illud eſt, quod ternis vicibus in Evangelio repetitum fuit:
*Paſce, paſce, paſce,* non autem: *occide, ammazza, maſſacrez.*
219. Ut non immeritò Marſilius (b) pontifices *diaboli pugiles*
(b) in lib. de defenſ. pac. appellet; Ex talibus ſiquidem actionibus papa ſectator
Bembell. d. l. quidem *Petri,* non *Concionatoris,* ſed *gladiatoris* habetur.
ſuper Evangel. Domin. 4. poſt Trinit. refert Bembell. d. l. part. 2. c. 8. p. 52. Longè aliter de noſtris *B. Lutherus:* Wir können / inquit,
vns rühmen wider die Papiſten / daß wir / Gott Lob / niemand
vmbs Glaubens willen ins Gefängniß geworffen / keinen
von Hauß / Hoff / Weib vnd Kind vertrieben / viel weniger
220. darumb geköpfft / erſeufft / verbrandt / gehencket / ꝛc.

Sed pergo ad alteram violentiæ ſpeciem ab adverſa-
d. c. 3. & paſs. riis malitioſè objectam. Dicit *Autonomiæ Autor:* Bona
221. Eccleſiæ, aliiſque piis cauſis dicata, à fœderatis principi-
bus profanata atque occupata eſſe. Addunt *Dillingen-*
d. l. c. 4. q. 21. *ſes,* (nec enim his ſatis erat Burghardi calumnia) *Mauri-*
222. *tium eiq́; conjunctos, ferro & igne, quâ iter habebant, vaſtâſ-*
*ſe, civitates occupâſſe, ingentes pecuniarum exactiones im-*
*perâſſe, magiſtratus mutâſſe, ſacerdotes, quos Cæſar antè in-*
*ſtituerat, ejeciſſe, & Prædicantes Lutheranos eorum loco inſti-*
*tuiſſe; Ita paucis menſibus ingentia damna Germaniæ, contra*
*fidem & juramentum Cæſari præſtitum, à Confeſſioniſtis illata,*
*eorumq́; ſectam plurimùm corroboratam eſſe.*

223. Intelligitis *Auditores,* quanto calumniandi ſtudio
minima quæque hinc inde conquirant, quò aliquid ſal-
tem in Mauritium dicant, ne nihil dixiſſe videantur, &
quæ non proſint ſingula, multa juvent. At verò, res non
tanti eſt, ut longiùs hîc immoremur; Uno verbo: *Burg-*
*hardum* dico egregiè mentiri, dum fœderatos principes
de-

de bonorum Eccleſiaſticorum profanatione paſſim tra- 224.
ducit; Quod ſi enim calumniam hanc ad laudatiſſimos
*Mauritii* prædeceſſores referat, eò certè impudentior eſt,
quò innocentia illorum manifeſtior; quod alibi & ab (a) ap. Hortl. in aureo opere
aliis fuſiùs demonſtratum fuit. (a) Quorſum verò Mau- de bell. G.
ritius reditus Eccleſiaſticos converterit, teſtes ſunt lauda- 225.
tiſſima harum regionum *Conſiſtoria* eccleſiaſtica, tuta
quaſi piorum Eccleſiæ Scholarumq; miniſtrorum aſyla, (b) Beſold. r. pol. 3. n. 24.
& verè *Chriſtianitatis*, ut in Angliâ (b) vocantur, *curiæ*; paragr. 1.
Teſtes etiam ſunt tres *ludi illuſtres* (c) provinciales, quos 226
aperuit; itemq; Academiæ duæ toto orbe celeberrimæ, (c) Sleid. lib. 15. p. 395. Thu-
quas non conſervavit modò, ſed & alteram, puta Lipſien- anus l. 11. Dreſ-
ſem duobus aureorum millibus annuis atq; aliquot cen- ſer. millen. 6.
tenis frumenti modiis auxit & amplificavit; ut meritò
*Thuanus* ſcribat: *Mauritium verè inſignem virum, qui etiam* dict. lib. 11.
*inter arma humanitatis ſtudia minimè neglexerit.* Taceo
tot viduarum, orphanorum, pauperum & miſerabilium
perſonarum myriades, tot Eccleſias & ſcholas, harumq;
miniſtros & alumnos, quibus omnibus ex bonis illis, ceu
ſpoliis Ægyptiacis, à ſaginatis monachorum ventribus
poſtliminio receptis, largiter & munificè proſpectum eſt.

Neque minor hac in re pietas fuit Philippi Haſſiæ 227.
Landgravii; *Qui fugatis otioſis ac libidini deditis monachis,* Ioh. Norderm. diſſ. de jur. pr.
*ditiſſima eorum monaſteria mutavit in viduarum, orphano-* th. 90. Syring.
*rum, variis modis afflictorum, mente captorum & furioſorum,* de pac. relig. th.
*utriusq; ſexûs, receptacula, in quibus non ſolùm aluntur & cu-*
*rantur, ſed ad omnem etiam pietatem inſtruuntur; reliqua*
*verò in ſcholas & purioris Eccleſiæ miniſtros contulit.* Adeò
principibus hiſce pientiſſimis cordi ſemper fuit dictum
illud Jureconſultorum: *Quod ſemel* DEO *dicatum eſt, ad* c. ſemel DEO, X. de R. I. in 6.
*profanos uſus transferri non debet.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-17890-p0063-2

228. Secum ergò habitent *Burghardus*, ejusque jurati aſſeclæ *Dillingenſes JCti*, & nôrint, quàm vana & profana ſupellex fuerit ſuis vel ſuæ religionis Epiſcopis & clericis

229. plus ſatis irregularibus & ſecularibus; Quod ſi neſciant, quàm bonæ frugi iſti ſint, age audiant nervoſum illud Epiſcopi Salisburgenſis in comitiis Auguſtanis ad Philippum Melanchthonem reſponſum ac teſtimonium: Ach was wolt jhr/ inquit, doch an vns Pfaffen reformiren/ wir Pfaffen ſeynd nie gut geweſen; Equidem laudo ſententiam & ingenuam hominis confeſſionem.

Luther. tom. 5. Ienenſ. p. 281. 284. & ſeqq.

230. Hi etiam ſunt illi ipſi, qui maximam bonorum Eccleſiaſticorum partem, non Eccleſiæ aliisque piis cauſis, ſed canibus, equis, hiſtrionibus & pellicibus turpiſſimis ſatis profusè impendunt. Quod uti jam olim Beatiſſimus noſter Lutherus in aureolo ſuo, *de falsò nominatis Epiſcopis*, libello luculenter edocuit:

Clerici alii ſeculares alii regulares. Paurmeiſt. Stephan. & C.C. paſsim.

Tom. 7. VVitteb. pag. 305. & ſeqq.

231. Ita nec ipſe *Autonomus* diffiteri potuit, cùm inquit: Es iſt dazu kommen/ daß man den Biſchoff vnd Prælaten auff dem Roß nicht kennen/ in der Kirchen aber ſelten finden kan. Itemque (a) alii de ſuis *Catholicis* minimè diſſimulant. Et verè omnino B*eſoldus*, ſanè etiam apud eos, qui seriò Catholici ſunt, multos Eccleſiaſticis bonis inhiare ſcribit.

lib. 5. cap. 32. p. 432.

(a) quos refert Beſold. de Eccleſ. Maj. jur. c. 7. n. 5.

232. Porrò quod *Dillingenſes* de provinciarum *urbiumq́*, direptionibus, *pecuniarum* exactionibus, *magiſtratuum* mutationibus & *ſacerdotum* dejectionibus veteratoriè allegant, leve eſt, & juſtiùs ſanè in ipſorummet caput retorquendum eſſet; Si enim Smalcaldici belli ante & poſt acta parumper evolveris, videas certè tot provincias miſerè vaſtatas, urbes etiam præcipuas Imperii violenter occupatas, externo & plurimùm Hiſpano milite, qui ad tria virorum millia, finito etiam bello iſto, cùm nihil ampli-

Sleid. lib. 24. p. 712. Hortl. de B. G. tom. 2. lib. 5. c. 13. n. 15.

ampliùs periculi eſſet, hûc illûc in provincias diſtributus fuerat, intemperanter ac libidinosè multa faciens, qui de ſubactâ Germaniâ gloriatus, fore dixerat, ut patrimonio Cæſaris conjungatur, & *in primariis urbibus exædificentur arces & propugnacula.* Videas ibi varias graviſſimasq́; pecuniarum exactiones, quibus mulctabantur non modò, qui ſuis dominis bello Smalcaldico militârant ex officio, (welche aus Lehenpflicht gehorſamb zu leiſten ſchuldig geweſen) ſed etiam, qui eodem bello in Cæſaris amicitiâ permanſerant, iis tamen pecunia quoque imperata fuit, *& ſub auctione quidem, niſi mox darent, eorumq́; legatis, quod non ſtatim aſſentirent, capitis periculo, ne injuſſi diſcederent ab aulâ, mandatum fuit.* Quæ preſſa *Sleidani* verba, à Mauritio pluribus ſic expreſſa ſunt: Daneben beklagt man ſich/ daß man vielen Ständen / ſo in dem Schmalkaldiſchen Bündniß nie geweſen / ſondern im Keyſerlichem Gehorſamb blieben/auch Ihrentwegen Schaden gelitten/ nichts deſto weniger von etlichen/als vor eine Hülffe/ von etlichen / als vor eine gratulation, merckliche ſummen Geldes gefordert / vnd wenn ſie nicht alsbald bewilliget/alsdann die Summa erhöhet/ auch etlichen Geſandten/ darumb/daß ſie nicht haben bald willigen/vnd Ja ſagen wollen/ ſub pœnâ capitis mandirt, von Käyſ. Maj. Hoff ohne Erlaubniß nicht zu reiſen / &c.

Sleid. l. 24. p. 712. Hortled. d. 6. 13. n. 15.

233.

apud Hortled. d. 6. 13. n. 14. NB.

234. Videas inſuper tot honeſtiſſimos viros, in liberis Imperii, *Auguſtâ, Ulmâ, Memmingâ,* aliisq́ue per Sveviam civitatibus, ſaltem quòd Auguſtanæ confeſſioni faverent, ſenatu & dignitate motos, clauſis interea, dum id agebatur portis omnibus, & ſtationibus per urbem & plateas diſpoſitis.

Sleid. lib. 20. p. 582. & lib. 21. pag. 592. Thuan. lib. 5. hiſt.

235. Tot denique fideles Eccleſiarum miniſtros exilio multatos videas: Ex quibus *Ulmenſes*, quòd *Interimiſti-*

Sleid. lib. 21. p. 596. Thuan. lib. 5.

*miſticam* religionis formulam amplecti nollent, per apparitores catenis vincti in carcerem publicum ducebantur, inde curribus impoſiti, Kirchenum, ſtipati circiter ducentis Hiſpanis, deducebantur, & demum poſt 7. menſem, dimittebantur. *Auguſtani* verò miniſtri & Ludimagiſtri eandem ob cauſam multis convitiis onerati, intra diem tertium, ante ſolis occaſum ex urbe decedere jubebantur, ne poſthac intra fines Imperii, & quàm latè patebat Cæſaris jurisdictio, concionem ullam haberent, ne quem ex amicis aut propinquis convenirent, neque ſui diſceſſûs cauſam ulli dicerent, ne cui pòſt in urbe ſcriberent, aut, quid cum ipſis actum ſit, exponerent; Atque hæc ſublatis digitis, ut habet ceremonia, per jusjurandum polliceri, quantumvis inviti, cogebantur.

236. Sleid. lib. 22. p. 654. Thuan. lib. 8. in pr.

Ad eundem modum etiam cum Memmingenſibus & aliarum per Sveviam civitatum Theologis, concionatoribus & ludimagiſtris, qui à Cæſare vocati bonâ fide, Auguſtam venerant, actum fuit, ut & docendi munere, & ad ſuos reditu ipſis interdiceretur. Cùmq; ex iis quidam uxorem ſuam partui jam vicinam eſſe diceret, ideoque majorem in modum oraret, ut eam ſibi tantùm reviſere liceret, Atrebatenſis ad ſuos converſus, *uxorem*, inquit, *vocat, quæ ſcortum eſt*. Sic ergo diſcedere coacti, magnum in urbe luctum excitârunt, plerique etiam cives, quo poterant, officii genere & donis & liberalitate illos proſequebantur. Tanta verò, ait *Thuanus*, ex eo ſecuta in templis ſolitudo, ut occaſionem hinc occultis multorum querimoniis dederit, *vim non bonis tantùm & corporibus, ſed etiam mentibus & conſcientiis inferri*, quiritantium.

Sleid. & Thuan. dd. ll. 237.

lib. 8. in pr. 238.

Haſce & plures alias ſat truculentas & violentas Magiſtratuum mutationes, piorumque miniſtrorum ejectiones,

nes, etſi planè ſicco pede hîc tranſeant Dillingenſes, alibi tamen probant etiam & magnificè prædicant; In Mauritium verò, quòd violenter ejectos loco priſtino reſtituerit, & *denuò concionibus ſummâ cum populi lætitiâ & voluptate præfecerit*, calumniosè debacchantur, & neſcio cujus violentiæ incuſant, ac damnant Principem optimum. 239. Sleid. lib. 24. p. 709.

Meminiſſe hîc debebant rigidi & iniqui cenſores iſti ejus, quod *Henricus II.* Galliæ Rex principum quorundam legatis olim reſpondebat, hodieq; non nemo ex ipſorum grege, quoties miſerorum hominum querimoniæ, de immaniſſimâ barbari militis, qui per tot annos Germaniam vaſtavit, crudelitate & crudeli immanitate audiuntur, uſurpare ſolet: *Nullam poſſe tantam eſſe ullo in exercitu diſciplinam, ut non aliquid detrimenti ſecum afferat licentia militaris.* Quod equidem in bello pro ſalute Imperii legitimè ſuſcepto, ubi privata utilitas publicæ ſaluti meritò cedere debet, quodammodo ferendum eſſet, in injuſtis verò bellis, (quæ (a) verè nihil aliud quàm latrocinia ſunt) cùm omnia (b) ibi belli jura exulent, neutiquam locum habere poteſt. Sleid. l. 24. p. 705. & ſeq. 240. 241.

(a) Gail. l. 1. de p. p. c. 4. n. 8.
(b) Beſold. de jur. bell. c. 5. n. 3.

Præterea meminerint, Mauritio & ſociis non omnino imputanda eſſe, quæ *Albertus* Brandeburgicus (quem ſibi fœdere neutiquam conjunxerant) invitis & contradicentibus ipſis, atrociùs & licentiùs quandoque patraverat. Ipſe ſiquidem, *cùm Mauritii frequenti ad Ferdinandum itu & reditu, res ad pacem ſpectare videret, nullum non movendi belli occaſionem captans, non jam communem fœderatorum cauſam, ſed quodammodo ſuum privatum agere negotium cœpit;* Proindeq; priusquam Mauritius Lincio rediret, ipſe cum ſuis copiis & aliquot ſociorum ab exercitu diſcedens, vicinas provincias incendiis ac direptio- 242. Thuan. lib. 10. Sleid. lib. 24. p. 716. Thuan. d. l.

243. nibus devaſtavit. Quod ipſius factum ſibi prorſus inopi-
Steid lib. 24. p. 710. Thuan. d. l. natum accidiſſe, ac minimè illud probare, Mauritius &
Wilhelmus Landgrav. Noribergenſibus reſcribebant, ſi-
mulq; promittebant, ſe omnem operam daturos, ut ſua
ipſis reſtituerentur, quas etiã ipſi ſuppeditaverant copias,
Steid. d. l. p. 710. & 711. Thuan. l. 10. continuò ſe revocaturos; Cùm itaque Mauritius & ſocii
diligenter intercederent ac deprecarentur, miſſisq; lega-
tis omnia tentarent, ut res componerentur, ſed fruſtra
eſſent, ibi Wilhelmus, cùm aliud non poſſet, ut fidem ali-
quo modo liberaret, equitum duas alas confeſtim revo-
cat; quod ille cùm duriſſimè accepiſſet, *non jam cum Se-*
Thuan. d. l. *natu Norimbergenſi, ſed cum principibus offenſione contractâ*,
truculentum in Noribergenſes bellum orditur, eoque
terribilior (ut *Thuanus* loquitur) evadit, quòd novis co-
piis, Chriſtophoro Oldenburgo & Jacobo Dalbeco, du-
Steid. & Thuan. dd. ll. ctoribus auctus eſſet; Igitur Mauritius denuò, datis ad
Senatum literis, Alberti factum hoc ſeſe moleſtiſſimè
ferre, neque tamen mederi jam, ac juſtæ ipſorum queri-
moniæ ſatisfacere ſe pro tempore poſſe, ſignificabat;
Quamvis non intermitteret, donec per ſuos & Landgra-
vii legatos de pace in caſtra Alberti miſſos, poſt multam
& laborioſam actionem, utrisque demum perſvaſum, &
pax conſtituta eſſet.

244. Et profectò nimiùm falluntur *Dillingenſes*, ſi Alber-
tr. de Compoſ. pac. c. 4. q. 21. tum, quem Mauritii *conjunctum* appellant, ejusdem fœ-
deris fuiſſe credant; Qui error etiam *Bodini* olim fuit,
lib. 5. de Rep. c. 6. pag. 912. & 963. quem eo nomine craſſæ ignorantiæ *Hortlederus* arguit;
tom. 2. de B. G. lib. 6. c. 27. n. 24. in not. Etſi negari non poſſit, ex noſtris quoq; ſcriptoribus quos-
dam hunc errorem erràſſe; Inter quos nobiliſſimus &
*aulicorum politicorum in Germaniâ facilè princeps* (a) (quem
nimis injuriosè *Ungersdorfferus*, (b) den Naaßweiſen/

(a) Hortl. ap. Gold. pol. Imp. part. 31. pag. 1373. t. 20.
(b) referente Goldaſto de Regn. Boh. lib. 6. c. 18. n. 17. in fin.

Hoff-

Hoffſchulfüchſigen / Doctor Edelman / pro genio ſuo appellat) Waremundus ab Erenberg / ſive (ut aliàs dicitur) Everhardus a Weihe / *in meditam. pro fœder.* Verùm quisquis hujus erroris patronus fuerit ; Nos rectiùs edocti, tum ab ipſo Henrico II. Galliæ rege, cujus nomine Cajus Vitaldus in Germaniam Legatus literis ad Bambergenſem Epiſcopum datis, de Alberto ſic ſcribit: Es iſt auch bemelter Marggraff in ſeiner Majeſtät Bündniß / Dienſt oder Verpflichtung nicht geweſen / daß ſeine Majeſtät ſich auch die andern geweſene Bundsverwandten beruffen / &c. Tum ab ipſo Marchione Alberto, qui in ſcripto ſuo, anno 1553. edito, diſertè idem negat & pernegat ; Wir haben Ihme / inquit, dem König vnſer Kriegsvolck zu dienſt erhalten vnd geführet / wiewol wir weder Ihme oder den andern Kriegs Chur- vnd Fürſten / auſſerhalb / was wir Ihnen von freyer Hand Beyſtand zu thun bewilliget / confœderirt oder verpflichtet geweſen / &c. Tum denique à Johanne Sleidano, (a) qui *diligens harum rerum ſcriptor* à Thuano dicitur ; Hic inter alia de Alberto ſic habet : *Communem cauſam*, inquit, *agebat initio, ſicut edito ſcripto ſe facturum profeſſus fuerat, tamen non erat ejus fœderis.* His, inquam, ducibus & authoribus docti & ducti, ſequimur eam opinionem, quæ Albertum à fœdere Chambortico excludit.

245. lib. 1. c. 2. n. 41.
246. apud Hortled. tom. 2. de B. G. l. 6. c. 27. n. 24.
247. ap. Hortled. d. l. 6. c. 2. n. 32.
248. (a) Thuan. l. 10. in pr. lib. 24. p. 716. vid. Arumæ. vol. 2. diſ. 28. th. 3. in fin.

